UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00589045 4

POETAE LYRICI GRAECI

COLLEGIT

THEODORVS BERGK

EDITIONIS SEXTAE PART. I VOL. I

PINDARI CARMINA

RECENSVIT

OTTO SCHROEDER

EXEMPLAR EDITIONIS QVINTAE
AVTOTYPICE ITERATVM
NOVA APPENDICE AVCTVM

LIPSIAE ET BEROLINI IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

LIBRARY
NOV 9 1972
UNIVERSITY OF TORONTO

PAVLAE · SORORI

S

CVM · ANTE · HOS · VIGINTI · QVINQVE · FERE · ANNOS · HAEC · TIBI · CARMINA · OSTENDEREM · DICENS · EN · IN · QVO · VIVENTEM · ME · CONSVMI · VELIM · TV · PAVLA · MEA · SI · QVIDEM · HISTORICA · INQVIEBAS · MONVMENTA · ESSENT · AT · EGO · SVNT ℘

PA
3443
B47
1923
pt. 1
v. 1

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

Quater contigit Theodoro Bergk, ut Pindarum ederet: primum anno 1843 (praefatus Marburgi Chattorum Cal. Nov. 1842), iterum 1853 (praef. Friburgi Brisgaviae 21. Iun. 1853), tertium 1866 (praef. Halae Sax. 26. Dec. 1865), quartum 1878 (praef. Bonnae 12. Oct. 1877).

Post viri egregii obitum (20. Iul. 1881) Eduardus Hiller et Poetarum Lyricorum Graecorum voll. II. III quartis Bergkii curis aucta atque emendata typis excudenda curavit (1882) et vol. I Pindari carmina continens renovandum suscepit. Qui cum mediis ex laboribus suis morte praematura abreptus esset, anno 1891 librarius nobilissimus mihi mandavit, ut opus incohatum perficerem. Sed cum Hilleri schedis perlectis non eadem qua hunc continentia et pietate erga virum summe mihi colendum illum quidem, sed poetae gravissimi cui in integrum restituendo pariter omnes inservimus editorem dumtaxat, usurum me esse mihi persuaderem, a librario petivi, ut Pindari potius quam Bergkii edendi potestas mihi daretur. Quod cum facile impetrassem a viro humanissimo nec tempore ullo quo opus absolvendum esset constituto premerer, editionis celeberrimae non modo frontem, verum etiam fundamentum quasi retractare constitui. Tum accidit, ut magnum et otii et boni animi detrimentum caperem ingruente gymnasiorum nostrorum quam vocabant reformatione. Tandem cum propter egregium eorum qui scholis in Borussia administrandis praesunt in haec studia favorem integrum mihi annum (1893/94) publico munere vacare liceret, Pindari codices quos quidem opus esse videretur (de quibus v. prolegg. p. 6) denuo contuli. Nec parvo mihi fuit adiumento, quod Andreas Ursus Drachmann annis 1895/6 et multos locos dubios, correctionibus

praesertim obscuratos, iterum cognovit et ex scholiorum quam parat recensione quidquid scire cupiveram liberaliter mecum communicavit.

Iam e Bergkii prolegomenis apparatuque critico ea fere retinenda duxi, quae et propria Bergkii nec viro praeter ceteros ingenioso indigna esse viderentur, reliquis aut deletis aut meum in usum mutatis.

Sed priusquam librum e manibus dimittam, eos viros honoris causa nominare par est, quos de hac editione optime meritos esse confitear: VV DD Augustum Wilmanns Bibliothecae Regiae Berolinensis, Carolum Fuhr et Conradum Müller Ioachimicae, Markgraf Redigeranae, Ceriani Ambrosianae, Rostagno Laurentianae, Bollig (†) et Carini (†) Vaticanae aut praefectos aut adiunctos, denique viros humanissimos, qui Bibliothecae Caesareae Vindobonensi et Bibliothecae Nationali Parisiensi praesunt, quorum omnium liberalitatem fidem indulgentiam grato animo expertus sum. Alii rursus studiorum laborum curarum societate fideliter suscepta me adiuverunt, quorum nomina passim in prolegomenis commentariisque meis allata invenies. In plagulis corrigendis sollertem operam mihi praestiterunt VV DD. Crusius Drachmann Fuhr, e quibus Drachmann omnes fere meas curas suas esse voluit.

Propter insignem et librarii Lipsiensis et eorum qui Bibliothecae Vaticanae nunc praesunt liberalitatem factum est, ut huic volumini praestantissimi codicis Ursiniani (Vat. gr. 1312) folii 26^{r} Pind. O III 1—6 vulg. cum scholl. continentis imago photographice expressa adderetur; quod opus ut quam accuratissime perficeretur, rogatu meo amice se interposuit Frid. Spiro Berolino-Romanus.

Scribebam Berolini *O. S.*
primo vere MCM.

PINDARI CARMINA

PROLEGOMENA

I De libris manu scriptis. II Observatiunculae grammaticae. III De fastis Panhellenicis. IV Index carminum epiniciorum. V Fasti Pindarici.

I

DE LIBRIS MANV SCRIPTIS

Artis criticae in Pindari carminibus factitandae fundamenta iecit Augustus Boeckh et periodos metricas hiatu vel syllaba ancipiti definiens et lectiones non correctas ab interpolatis (Moschopuleis et Triclinianis) strenue discernens. Variae lectionis supellectilem egregie auxit Tycho Mommsen vel propterea de Pindaro bene meritus, quod libros eximios *A* et *B**) primus contulit. Idem cum (ed mai p XII ss) veterum librorum quattuor genera esse voluisset, Ambrosianum (*A*), Vaticanum (*B*), Parisinum (*C*), Mediceum (*D*—*Z*), biennio post (ed min p 1) tribus vel quinque libris (*MNO*[*KL*]) ex genere Mediceo exemptis familiaeque Parisinae additis duodecim fere qui relinquebantur communi nomine comprehendere non iam ausus in quattuor rursus familias dispescere satis habuit, Mediceam (*D*), Vaticano-Gottingensem (*EFGHI*[*KL*]), Palatino-Caesaream (*PQRSTU*), Parisino-Venetam (*V* cum apographis *X*—*Z*). Quas copias abundantes qui post eum fuerunt critici plerique ita imminuebant, ut codicum *ABCD* aut *ABD* aut *AB* aut *B* auctoritate freti deteriores quos quidem esse Ty Mommsen voluisset fere sper-

*) Post Mommseni curas qui innotuerunt codices paene omnes minoris videntur esse pretii (Wien Studd 4, 1882, 224 ss, Philol 54, 1895, 274 ss; cf etiam Nouvelles Archives des Miss scientiff et litt II Paris 1892 p 7. 53. 196. 296). De cod Vat gr 915 (Ø) Pind O II 43 — VII 30 continente Philol 56, 1897, 93[31].

nerent. Atqui vetustissimos nostros saec p Chr n XIII aut XII testes cum a novissimorum grammaticorum graecorum aetate aliquot saeculorum hiatu disiunctos fuisse necesse sit, quattuor illis libris antiquam scripturam pure ac simpliciter referri quam non est veri simile! proinde quasi ex fimbriati peripetasmatis Babylonii cirris quibusdam extremis nescio quo pacto inter se perplexis qua ratione in picturis ipsis subtemine inserto decurrant stamina colligi posse putaveris. Rectius igitur Bergk[4] fecit, quod in varia lectione adornanda intempestivo illo paucitatis studio non acquievit. Idem tamen (proll[4] p 36 n) vultu non mutato: 'codicum veterum stirpes persequi et illustrare, quamvis non infructuosum sit, neque huius est loci neque hominis negotiosi'. Nobis igitur cum in opere necessario turpe videretur esse aut rei difficultatem aut otii angustias excusare, signa paullo certiora seligendi atque inter se componendi periculum faciendum fuit. En accuratioris quam de hac re Philol 56, 1897, 78 instituimus quaestionis lineamenta:

O I 60	*ἀθανάτων	*CDFN*	ἀθανάτους	*A*[*B*]*E*
109	om κεν	*CDN*	add κεν	*ABE*
II 10	*αἰὼν δ'	*ACDN*	αἰὼν τ'	*BE*
56	*νιν	*ACN*	μιν	*BDE*
	(cf O III 45 [*CN*], IV 12, VI 56. 96, VII 6. 83, IX 63 [*AC*], P III 12, IV 109, IX 63 [*VE*])			
76	*ἑτοῖμον	*ACN*	ἕτοιμον	*BDE*
		(cf O IV 12, VI 12, P VI 7, N IV 74)		
III 25	*ὥρμα	*A* solus	ὥρμαιν'	
36	*ἐπέτραπεν	*AO* soli (= *B*[a])	ἐπέτρεπεν	
42	*αἰδοιέστατος	*ACNO*	αἰδοιέστατον	*BDE*
IV 5	*ἀλλ' ὦ	*CN* soli	ἀλλὰ	
17	*om καὶ	*ACN*	add καὶ	*BDE*
25	ἁλικίαις	*AV* soli	*ἁλικίας	
V 5	*ἐγέρα(ι)ρεν	*AC* soli	γέραρεν	
VI 34	*λάχε	*ACN*	ἔλαχε	*BDE*
67	*ἄγνωτον	*AM* soli	ἄγνωστον	(cf I III. IV 48)
100	πέλονταί γ'	*A*, πέλονταί τ' *C*	πέλοντ(αι)	*BD*(*E*)
VII 12	*ἐν ἔντεσιν	*ACNO*	ἔντεσιν	*BDE*
94	*μιᾷ μοίρᾳ	*AC* soli	μοίρᾳ μιᾷ	
VIII 40	ὄρουσε	*A* solus	*ἀνόρουσε	*B* solus
	(ἐπόρουσε *C*, ἐςόρουσε vulgo; cf. O IX 58, P I 26, IV 217. 271, V 107)			
IX 102	*ἀρέσθαι	*A* solus	ἀνελέσθαι	
X 25	*ἡρακλέης non add	*A* solus		
	add post ἐκτίσσατο	*CNO*	add ante ἐκτ.	*BDE*(+*MV*)
35	*ἐπειῶν βασιλεὺς	*ACNO*	β. ἐπ.	*BDE*(+*MV*)
87	*νεότ(α)τος	*NO* (= *A*[a]*C*[1]) soli	νεότατι	
XI 5	*ἀρχὰ	*A* solus	ἀρχαὶ	
XII 16	*κνωσσίας ς' ἄμερσε	*A* solus	κν. ἅμ.	
XIII 7	*ὁμότροφος	*CNO* e paraphr	ὁμότροπος	*BDE*
42	*τερψία θ'	*N* (= ἱαι θ' *B*[a])	τέρψιες	
106	ὑπ' ὀφρύϊ	*CNO*	*ἐπ' ὀφρύϊ	*BDE*

P I 12	*κώματι	*C*	κώμῳ	*DEV*
26	*προσιδέσθαι	*C* (*Eγρ*)	πυθέσθαι	*DE*
			(ἰδέσθαι	*V*)
	*παρεόντων	*C* (= *GM*)	παριόντων	*DEV*
II 28	ὑπερφίαλον	*CV*	*ὑπεράφανον	*DE*
59	κτεάνοισι	*CV*	*κτεάτεσσι	*BDE*
78	τί τοῦτο μάλα	*CV*	*τ. μ. τ.	*BDE*
III 78	μέλποντι	*CV*	*μέλπονται	*BDE*
IV 46	*τίκτε	*CV*	τίκτει	
56	*ἀγαγεῖν	*CV*^{b} (*Eγρ*)	ἄγαγεν(ἀγαγὲν)	*BD* (*E*^{pc})
134	ἦλθε(ν)	*CV*	*ἦλθον	*BDE*
149	*τοὺς	*CV*	οὓς	*BDE*
176	*φορμιγκτὰς	*CV*	φορμικτὰς	*BDE*
181	*ἔντυνε	*CV*	ἔντυεν	*BDE*
223	*μίξαι	*CV*	μίξειν	*BDE*
234	*βοέους	*CV*	βοέοις	*BDE*
263	*δξυτόμῳ	*CV*	δξυτάτῳ	*BDE*
273	αὖθις	*CV* (constanter)	*αὖτις	*BDE*
V 10	ἐὰν (ἐὰν)	*CV*	*τεὰν	*BDE*
32	κρέμανται	*CV*	*κρέμαται	*BDE*
55	ἔμπας	(*V*^{ac}?) *XYZ* (*E*^{s})	*ἔμπαν	*BDE* (*V*^{pc})
VI 10	*οὔτε	*V*	οὐ	*BDE*
VII 8	*om ὁ	*V*	add ὁ	*BDE*
VIII 28	*om ἐν	*V*	add ἐν	*BDE*
92	ὀλίγον	*V*	*ὀλίγῳ	*BDE*
IX 6	*ἔνεικε	*V*	ἔνεγκε	*BDE*
93	*οὕνεκεν	*V* (constanter)	οὕνεκεν	*BDE*
105	*παλαιὰν	*V*	παλαιᾶν	*BDE*
125	*νικᾶν	*V*	νίκας	*BDE*
XI 21	*πόρευ᾽	*V* (*E*^{pc})	πόρευς(εν)	*BDE*^{ac}
37	(*)ἔπεφνέ τε	*V*	ἔπεφνε	*BDE*
N I 72	γάμον	*V* (*Bγρ*)	δόμον	*BDTU*
III 38	*χαλκότοξον	*V*	χαλκοτόξων	*BD*
39	*ἀκμὰν	*V*	ἀλκὰν	*BD*
56	ἀγλαόκαρνον	(voluit -καρπον = *B*^{s}) *V*	*ἀγλαόκολπον	*B*^{i} *D*^{ac}?
IV 7	ὅτι περ	*V* (*B*^{s})	*ὅτι κε	*B*^{i} *D*
54	*ἰαολκὸν	*V*	ἰαωλκὸν	*BD*
VI 37	κασταλίαν	*V*	*κασταλίᾳ	*BD*
? VII 9	*δορικτύπων	*B*^{s}	δορίκτυπον	*B*^{i} *D*
? X 24	εὐφρόνων	*B*^{s} γρ schol	*εὐφόρων	*B*^{i} *D*
? I VI 21	ἐπιστείχοντι	*B*^{s}	*ἐπιστείχοντα	*B*^{i} *D*

Ex duabus igitur recensionibus fluxisse statuo quos in manibus tenemus libros Pindaricos, ex α, quam Ambrosianam nominare liceat: O I *CN* + *D*(*F*), II—XII *ACN*, XIII *CNO* (XIV *CN*?); P I *C*, II—V 51 *CV*, V 52 — N VI 44 *V* (N VI 45 ss *B*^{s}?); ex β, Vaticana dico: O I *BE* (+ *A*, cuius libri fol 185^{v} vacuum, 186^{r} O II initium continet ex recensione α), O II — P XII *B*(*D*)*E*, N I — I VIII *BD*.

Cuius discidii quas deprehendimus exceptiones, ut patriis quasi sacris derelictis aliena captare codices quidam videantur, quibus rationibus excusari posse putemus, exposuimus Phil 56, 1897, 83. 89.

Omnium denique librorum Pindaricorum communem fontem mutato carminum Isthmiorum Nemeorum ordine insignem (de Ambrosiana recensione infra ad cod *V*) saeculo p Chr n II non esse antiquiorem probavit de Wilamowitz Eur Her[1] I 184. Qui fons quonam tempore duobus illis rivis diductus esse videatur, quaestio difficillima, de qua pedetemptim pauca proposui Phil 56, 1897, 94, quam persequi et Etymologici Genuini et scholiorum Pindaricorum quas exspectamus editionibus absolutis fortasse licebit.

De singulis codicibus haec adnotare satis habeo plura circumspicientes ad Philol 54, 1895, 274 ss relegans*):

*A** = Ambr C 222 inf, olim Georgii Merulae, bombyc, saec XIII in, continet O I—XII c scholl 'Ambrosianis'.

*C** = Paris gr 2774, olim Io Laskaris, bombyc, saec XIII ex, continet O I — P V 51 (67, φρενί) c scholl.

M = Perus B 43, chart, saec XV sec Ty Mommsen, XV/XVI Heiberg, continet O I—XII, P I—IV (in Pythiis fere cum cod *C* congruens) c scholl.

N = Ambr E 103 sup, bombyc, saec XIII/XIV, cont Olympia c scholl.

O = Leid Q 4, saec XIII ex (Ty Mommsen; ego non vidi), cont O I—XIII c scholl O I—VIII.

*V** = Paris gr 2403, bombyc, saec XIII ex, O I — N IV 68, N VI 38 (δυνατοί) — 44 (ὄρεσιν) c scholl, a quo pendere cum alii videntur, tum *W* = Ven IX 8, *X* = Paris gr 2709, *Z* = Caes Vindob 58.

Codex *V* notatu vel propterea dignissimus, quod cum Nemeaea quae ex recensione Non-Vaticana exhibet carmina non secus atque 'Vaticani' codices Pythiis subiungat, recensionum quod statuimus schisma post turbatum voluminum (OPIN) ordinem factum esse solus testatur.

Venio nunc ad codices Vaticanam recensionem referentes:

*B** = Vat gr 1312, olim Bembi, tum Fulv Ursini, bombyc, forma quadrata, saec XII ex (Τζέτζου nomen occurrit f 268ᵛ in scholl I I 57), continet praeter lacunas O I. V, P I. II, I VIII a nobis in nott critt indicatas Ol Py Nem Isthm c scholl 'Vaticanis'.

*D** = Laur. 32, 52, chartac, saec XIV, cont Ol Py et altera manu satis neglegenter scripta Nem Isthm c scholl, ad-

*) Quos libros ipse annis 1893—94 integros denuo contuli asterisco * insignivi.

iectis X versibus (fragm Isthm 1), neque unquam plura continuit; Philol 54, 1895, 281 n.

E = Laur 32, 37, bombyc, saec XIV, Ol Py integra continens c scholl; a quo magnam partem videtur pendere cod *F* = Laur 32, 33, saec XIV (Ty Mommsen) Ol Py continens c scholl. De F^{mb} infra ad inscr O VII not.

G = Gotting philol 29, bombyc, saec XIII (Ty Mommsen) Ol Py c scholl.

*I** = Guelferb 48, 23, chartac, forma quadrata, saec XV ex, in Italia ut mihi quidem videtur scriptus, continet Olympia ex recens Moschop, additis a man sec vulgatioribus recensionis Vaticanae lectionibus, Pythia ex recensione Vaticana (P VIII 98 om στόλῳ ante πόλιν *GIU*); Zeitschr Gymnasialw 51, 1897, Jahresberr 23, 284.

P = Palat Heidelb 40 [Ol Py], *Q* = Laur 32, 35 [Ol Py], *R* = Urbin Vatic 144 [Ol Py], *S* = Ambr S 31 sup 7 [Ol Py II—V], *T* = Vat gr 121 [Ol Py (exc V 115 —VII 12) Ne I 55 ss. II], *U* = Caes Vindob hist gr 130 [Ol Py Ne I. II]; cuius familiae signa ἦλθεν P V 52 (49), τῷ ταμίᾳ 62 (58) observavit Ty Mommsen, quibus adde γαρύεντ' (nisi quod γάρυετ' [an γάρυεν voluit?] *U*) 72 (68); cf etiam ἑλεῖν (*GIP*^{i}*Q*[*R*]*U*) P IX 113.

Thomani sunt: Γ″* = Vindob philos gr 318, Ol et P I—IV continens, quem in lucem protraxit Eug Abel, tum Paris 2465, Neap Borbon II F 5, Ambr C 22 sup^{1}, Laur 32, 44, Vindob 144 (olim 197), Vat gr 925, Monac 550, all. In Olympicis carmm Thomas plerumque facit cum Ambrr (cf O II 16 *C*, VIII 39 *CNV*, IX 83 *MN*, 99 *A*), in Pythicis (I—IV) utique cum Vatt.

Moschopulei (magnam partem pendentes ex apographis codicis *V*; cf Ty Mommsen ad N III 18): Leid Q 38, Bodl Barocc 62, Palat Vatic 190, all.

Tricliniani: Laur olim Abbat Bened Flor conv 94 (nunc mutilus), Ambr C 22 sup^{3}, Bodl Laud gr 13, Vindob 219 (olim 200), Mosqu (= Gott 28 Heynii?), alii. Ubi solus e Byzantinis superest Triclinius (N IV — I VIII) aut affinis est codici *D* (N XI 22—23; Bergk^{4} ad N X 62) aut pendet ex eius apographis (I I 4, II 13. 26, III. IV 29. 83, VII 35. 40).

Librariorum errores eidem fere qui in ceteris eius aetatis codicibus graece scriptis in Pindari libris deprehenduntur: haplographiae, dittographiae, vocum elementa perperam divisa, vocabula traiecta, -ι ἀνεκφώνητον passim neglectum, -ν παραγωγικόν temere additum omissum, litterarum imagines, syllabarum notae inter se confusae, denique variae lectiones permutatae coniunctae, glossae marginales aut interlineares imprudenter in lineam deductae.

De iotacismi vitiis vulgaribus cum infra (prll Π^{63}) pauca adnotaverimus, hoc loco similis illius $\bar{\epsilon}$ et $\overline{\alpha\iota}$ inter se confundendi consuetudinis (in inscriptionibus inde a saec p Chr II obviae, Meisterhans[2] 27) exempla quaedam perlustremus. Mitto singulorum codicum errores: δαιδαλωσαίμεν O I 105 *A*, παῖδ' ἄμειψαν XII 12 *A*, ἐών N III 75 *B*, λεβήταισι I I 20 *B*, ἐπισφεταίροισι, ἔσαιται all *D*, item δαιδαλ- vel δεδαλ- pro δεδαιδαλ- exarata (O I 29, II 53); antiquiora paullo haec videntur esse: δε (δέ) pro ΔΑΙ O XIII 79 *BGHQ*, καί pro κε(ν) O X 20 in omnibus praeter *BD*, κε pro καί N VI 64, τε pro καί P X 58. 69, N IV 64, ἐπάρκεσε pro ἐπαρκέσαι N VI 60, (ἐ)κέοντ(ο) pro ἑκαίοντ(ο) N X 72, τέρψιες (-εσθ $B^{i}CO$) pro ΤΕΡΨΙΑΙΘ O XIII 42 in omnibus praeter NB^{s}, αἰόλλει pro ἑόλει P IV 233, κρύψαι pro κρύψε O VI 31 Ambrr c paraphr, denique recte si auguror ὀργαῖς pro ΩΔΕC in loco conclamato P VI 50.

De littera F in Pindari exemplaribus exarata altum apud veteres grammaticos silentium. Fuerunt tamen qui vel in nostris codicibus eius litterae vestigia odorari sibi viderentur, quo in numero Bergkium esse (proll[4] 32 et passim in adn cr) non sine dolore commemoro. Nam ut nihil dicam de praeclara pron poss forma Fεάν quam Pindaro imputant N III 15: ex particulis γε, τε, δέ insertis de digammate olim scripto existimari nihil posse concedet, qui librariorum morem (p 9) cognitum habuerit. Nec maioris momenti sunt aut pseudaeolismi qui traduntur αὐάτα P II. III, ἔχευαν I VIII, aut interpolatae lectiones velut εὐαυχέα P II 14 *DGIU* cum scholio (24) ἐφ' ᾧ ἔστιν αὐχεῖν. Ex reliquis quae esse putant vestigiis si exemeris quae coniecturis satis dubiis ne quid dicam gravius nituntur, ἀνήρ τι Fέλπεται O I 64, Πίσα Fε γεγωνεῖν III 9, Fίννος vel Fῖνις IX 76, ἐνναλίᾳ Fε Σεμίφῳ P XII 12, Fε Πελειάδων N II 11, ἔναρεν· Foῖ X 15, καταμάρψαι· Fίστε I III+IV 53, πίσω Fε VI 74: unum restat O X 87 δέ τοι (δέ τι in duobus Ambrr) pro δέ οἱ illatum.

Interpolationibus ne ea quidem exemplaria omnino caruisse quae Aristophanes Byzantius ad corpus carminum Pindaricorum eden-

dum adhibuerit, docemur verbis illis quae 'superesse' perspexit editorum princeps φιλέοντι δὲ Μοῖσαι O II 26. Sed alias interpolationes, si modo varias mutationes a semidoctis viris propter furtivum quoddam insolita ad vulgarem usum accommodandi, obscura explanandi studium factas uno interpolationum nomine comprehendere fas est, non paucas aliquanto ante Triclinios in Pindari contextum irrepsisse nullum fere carmen non ostendit; quarum quattuor genera adumbrare hoc loco placet.

Primum igitur pro dialecticis formis aut vulgares aut homericae invehuntur; cuius rei cum exempla paullo notabiliora in observationibus grammaticis (prll II) uberius tractare in animo sit, nunc productiones quasdam temere a librariis admissas enumerare satis habeo: ξειν- O X 34 Ambrr, XI 17 Ambrr, XIII 3 omnes boni praeter *EN*, P IV 35, V 57, N III 2, IV 23, V 8, I III + IV 72, VI 70; μοῦνος N III 34, γουνάτων V 20, adde νούσων Bacchyl I 32 Ken; unde quae exsurgere possit suspicio, exposui prll II[1].

Deinde antiquitus particulas δέ, τε passim interpolatas esse constat ob insanum ut ait Boeckh n cr 379. 448 asyndeti horrorem: ἐγγὺς [δ'] ἐλθών O I 71 (cf scholl *AB*), ὄλβος [δ'] ἅμα VI 72 (om particulam *AC*), μῶμος [δ'] ἐξ ἄλλων 74, καμάτων [δ'] | ἐκτός 103/4, ἄκοντι [δὲ] Φράστωρ X 71, ὄλβος [δ'] οὐκ P III 105, ταχέες [δ'] | ἀμφί IV 179/80, αὐτοῦ μένων [δ'] VI 38, μέλανος [δ'] ἄν XI 56, τεκμαίρει [δὲ] καί N VI 8 *BD*, χρυσὸν [δ'] εὔχονται VIII 37 *B*, κλέονται [δ'] ἔν τε I V 27; αἰδῶ [τε] δίδοι καί O XIII 115, ἀφνεός [τε] πενιχρός τε N VII 19 *BD*, Μερόπων [τ'] | ἔθνεα καί I VI 31/32 *BD*, Ἀσωπίδων [θ'] | ὁπλόταται VII 17/18 *D*. Item τε, γε ob intempestivum hiatus evitandi studium: πατρι [θ' (δ' *A*)] | ἑορτάν τε O VI 68/69, ὅτι [τ'] | ἐμφύλιον P II 31/32, λιθίνῳ [γ'] | Ἰάσονα N III 53/54 *BV* (om. γ' *D*), σέο [γ'] ἕκατι I V 2 *BD* (contra poetae usum; cf σεῦ ἕκατι O XIV 18, ὦ Ζεῦ, τὶν [γ' add Pauw] ἄωτον I VI 4). Denique δέ, τε ob utramque fortasse causam: παύρῳ [δ'] ἔπει O XIII 98, γένοι(ο) [δ'] οἷος P II 72, τοτὲ μέν —, τοτὲ [δ'] αὖθ' 89, χρόνῳ [δ'] | ὑστέρῳ IV 55/56, τίνα [τ'] οἶκον VII 5, ὧδε [δ'] εἶπε VIII 43, ἄλλοτε [δ'] ἄλλον 77. — O IV 8 (9 Boe) χαρίτων θ' ἕκατι particulam θ' ab antiquis grammaticis non insertam esse vel ex scholiis colligas.

Permutari inter se particulae cum aliae tum δέ : τε solitae esse non videntur ante schisma illud factum. Nam certioribus paullo confusionis exemplis, velut οὔτε : οὐδέ O XIV 7, I VI 24

[VIII 56 c paraphr teneo], τά δέ (τάδε) : τά τε I V 52, τῶνδε : τῶν τε O VI 102, δέ : τε N IV 59, segregatis plura relinquentur a viris doctis frustra temptata, velut O V 13, VI 24, IX 112, XI 19, XIII 43, 107², P IV 297, V 117, I VI 19. 39. Vehementius titubare antiquiores grammaticos Byzantinos coepisse testantur:

O II 10	*δέ		τε	Vatt
(X 97	τε		*δέ	A c Vatt)
XIII 3	τε		*δέ	
29	*τε	Ambrr	δέ	
37	δέ		*τε	Vatt
103	δέ		*τε	
107¹	*τε		δέ	
(P III 71	*δέ	*BE* c Ambrr	τε	*DGIPQU*).

Praepositionum male inculcatarum exempla colligere instituit Ty Mommsen (suppl 101): ἐν ὄρει P III 36, ἐν πυρί 102 Vatt, ἐν ἀκμᾷ IV 64 Vatt, ἐc.εὐφροσύναν 129 (om *B* solus), ἐc ἔρανον V 77 (om *E* solus), ἐν ἀνδράcιν VIII 28 Vatt, ἐν Μεγάροιc(ι) 78, cὺν ὅλβῳ XI 53 (cl O II 36, I V 12), ἐν μάχᾳ N III 46, ἐκ μάχας I VIII 53; omissam in archetypo (et cod *A*) praepositionem suo Marte suppleverunt O VIII 40 omnes reliqui praeter *B* qui ex scholl sumpsit, male ἐν O I 113 *V*; traditam permutaverunt πρὸ > πρὸc I VII 27 *BD*, εἰc > ἐπ' O I 48 omnes vett, ἐπί > ἀμφί XI 13 *A*; cf ad P VII 10, IX 114, I VIII 31 et supra (p 4) ad O VIII 40.

Denique glossas explanatorias non solum in contextum delapsas esse velut αὐτόν O I 64, ἄμοχθον II 62 *A*, ὕμνον IV 8 *A*, Ζεύc VII 49, Ἡρακλέης X 25 (om *A* solus), τάν O XIII 83 et P I 77, πετάcας (πετάcαιc! Ambrr) P I 92, ἔδειξεν VI 46, ὁ VII 8 Vatt, χρή XI 42, τέλοc I III+IV 51 *BD*, Διΐ 76 *BD* (cf ὅτ' ἐπὶ [ποταμῷ] ῥοδόεντι Λυκόρμᾳ in papyro Bacchyl XVI 34), sed etiam genuina vocabula expulisse constat: θάνατον (an ex 42?) O X 105, μηχανῶνται P II 92 *B*, δεcμοῖc IV 71 *P*, φώνηcε VI 36 *P*; quod idem factum esse conicio (βωμῷ c Hermanno) O X 25, (φρένας) P X 60, (ἄκουcεν) N II 14, (ἀγοράν) III 14, (θεᾶc) V 41, (ἀμύνων) I VII 28.

Interpolationis e prava recordatione natae exempla collegimus ad I VI 17.

II

OBSERVATIVNCVLAE GRAMMATICAE

Carminum Pindaricorum eam formam, qua a poeta ipso scripta, a choreutis cantata, a legentibus olim recitata esse videantur, plane in integrum restituere non tam propter librariorum socordiam quam veterum grammaticorum propter operam et salutarem et perniciosam prohibemur, prohibebimur. Sed ut quae effici omnino non possunt ea velle et ficta cogitatione pro veris venditare probo viro indignum, ita ad ea quae ratione et via erui possunt cum omnium virium contentione eruenda se succingere decet philologos.

Igitur ex quo tempore critici Byzantini metrorum quandam 1
aequabilitatem per omnes carminum strophas strenue observare coeperunt, vulgatae lectionis correctionum copia quasi effusa est, quarum partem licentiae cuiusdam legibus cognitis merito reiecerunt Boeckh et Ty Mommsen; quos de primae stropharum dactyloepitriticarum triadis aequiore quadam condicione vide disputantes, illum de metr Pind (I, 2) 282, kl Schr V 344. 354, hunc suppl 68. 69. 95. 102, n cr ad N V 6; dactylicos q v ordines mediis in versibus in trochaeum exeuntes omnes uno in conspectu posuit Heimer studd P 139. Quam eandem licentiam ceteris strophis adeo derogandam esse, ut si qua praeter exemplum in primo systemate propositum superbire viderentur exceptis nominibus propriis fortiter essent recidenda, probare studuit Fel Vogt diss Argentorr IV 295 ss: ἀελπ(τ)ίᾳ (hoc quidem alia de causa suspectum) P XII 31, μάρναται N V 47, ἐντί IX 32, πορθμόν I III+IV 75; intacta propter nomen proprium antecedens reliquit Ἴστρίαν νῖν O III 26, eadem fortasse de causa omisit Φυλακίδᾳ γάρ I VI 57; denique ἔμπαν N X 82 neglexit, quasi spondaicam adverbii mensuram exploratam haberet. Quibus locis accedent alii, si a Boeckhiana versus certioribus divisionis signis deficientibus secundum orationis incisa dispescendi ratione discesseris, velut O XIII 99. Ingens eorum locorum numerus est, quibus spondei litterae paragogicae debentur a nobis demum adiectae. Consideratis vero et quae de tragicorum usu congessit Ellendt lex Soph² 480 et quae de librariorum in vocibus ξεῖνος, μοῦνος all epici sermonis studio observavimus p 9, vide ne alias etiam exceptiones statuendas esse concedas: —∪—⏑—∪— P IV 97 (ὦ ξέν' omnes), 30 (ξένοις omnes praeter *B*). 233. 293, IX 27 (cl 10).

108, O VII 90, N I 20, I VI 32 (οὖρει productione mere metrica *BD*; cf P VI 21); —∪⏑— P IV 103. 227; ⏑∪— P IV 78, I II 26, ⏑∪∪— 48 (ξένον *B*); ∪∪—⏑—∪— P III 71 cll eis quae de metrorum permutatione infra § 4 adnotavimus. Quid quod etiam in primo systemate licentia illa latius manasse videri possit formis ξένος, μόνος, δορί, νόcος, κόρα᾽ restitutis O III 1, XI 17 (c Vatt), N IX 2, fr 1, 5; P IX 10, I V 12; O VI 17; P III 7, IX 13? Sed quoniam quibus legibus poeta longas arses affectandi studium coercuerit adhuc parum constat, delphicam sapientiam recordari malumus: ῥᾴδιον μὲν γὰρ πόλιν cεῖcαι •καὶ ἀφαυροτέροις.

2 Οὐλυμπόνδε, Οὐλυμπόθεν. Pindarum nunquam dicere Οὐλύμπιος (-πία, -πιάς, -πιόνικος, -πιονίκας) observavit Fel Vogt diss Argentorr IV 295; de epicorum usu Hartel Zeitschr österr Gymn 1876, 625, Wilh Schulze qu epp 271. Adde ne Οὔλυμπος quidem cum epicis poetis usurpare eum voluisse nisi bis epica forma usum Οὐλυμπόνδε O III 36 (male Ὀλ. *NO* soli) et I III. IV 73 (si modo quae sola exstat h l Vaticanae recensioni fidem habere fas est), semel novicia quae videtur, epicis quidem inaudita Οὐλυμπόθεν P IV 214 (codd sive casu sive propter numeros parum intellectos τετράκναμον Ὀλ. praebent), Bacchylidem autem Οὐλ- omnino ignorare. Usurpavit igitur Pindarus in nomine Ὄλυμπος metricam illam q v productionem epicorum usu sancitam semel (O III), epici usus fines egressus est semel, in extremo epitrito catalectico (—∪— P IV); de eadem integri epitriti sede (—∪⏑—) quid statuerit incertum (I III+IV 72 cll O XIII 92, N X 84). Ceterum adeo non favet illi productioni, ut praeter nomina quaedam propria (Δῖαγόρας, Διόδοτος, Εἰλατίδας, Ἰαμίδας, Φῖλυρίδας) aut vocabula epica ἀθάνατος, ἄπάλαμος (Hes opp 20), κῦάνεος, οὐλόμενος vix ullam admisisse videatur. Adde quod ad thesin dactylicam pertinent et haec exempla et quod cum Theognide (πειθόμενος χαλεπῇ Κύρνε διαβολίῃ 324) commune habet διαβολιᾶν P II 76 (διητανές· λειτόν, διατεταμένον gl Hesych conferri iubet Jak Wackernagel). In thesi iambica vel trochaica quae occurrunt duo nomina ἀνήρ (P V 20, N VI 29) et Ἄρης (P V 85, I VIII 37) inde ab Homero ambiguae sunt mensurae. Denique Σίcυφος ab Homero creatus, a ceteris poetis retentus est. Ignorat autem Pindarus θῡγατερ-, ἱερός, οὔνομα, ὕδατ- aut ὕδωρ, neque unquam apud eum Φῦλακίδας choriambum explet.

De οὖρει I VI 32 et οὖρεcι P VI 21 parum liquet, de verbo Fίεμαι (P IV 207) Ahrens 1838 (kl Schr I 21) et Leo Meyer

Bezzenb Beitr I 301, de ἄνύω: ἄνω Buttmann Lexil II 269, Schulze qu epp 107.

-ον syllabam finalem in thesi dactylica collocatam pro longa 3
esse posse dubitanter coniecit Boeckh (de metr 128, dissuadente Hermanno ap Heyn III 224 [216]): δέσποτα ποντόμεδον, ‖ εὐθὺν δὲ πλόον καμάτων (ποντομέδων? Boeckh, quod recepimus c Ed Boehmer) O VI 103, ἔστασεν γὰρ ἅπαντα χορὸν ‖ ἐν τέρμασιν αὐτίκ' ἀγῶνος P IX 114, ubi πρὸς τέρμ. e Bergkii[1] coniectura emendare quam versum c Aug Rossbach gr Metr[3] 460 (sed cf eundem 419[d] et nostras nott metr O VIII. XIII, I III) dissecare maluimus. Alios locos huc vocabant Bergk[3.4] ad P III 6 et nott metr O IX. X, Ty Mommsen ad O XIII 114 (109, post Boeckhium n cr 367. 427), Heimer studd P 133, Christ Abh bayr Akad 1868, 41 et Pind ed mai proll XVII, aut versuum distinctionem novantes aut diversissima uno quasi modulo metientes. De τοιοῦτον (F)ἔπος I VI 42 infra § 5. De O X 99, P V 42, XI 38, N I 69, VI 20. 49 cf nott critt. Bacchylidis qui loci afferri possunt V 189, XVII 100 iam feliciter videntur esse emendati.

Alia omnino ratio est eorum locorum, in quibus metathesis 4
metrica deprehenditur: —⏑⏓— O III 35, VI 28. 100, XIII 18(?). 92, P I 56, III 6, IV 118. 184. 253(?), N VI 29[a], X 75. 84, I III+IV 66. 73, fr 30, 4. 124, 3; —⏓⏑— O VII 86, P IX 19; ⏓⏑—(—) O III 45(?), N X 5, I V 37. 41, VI 4; quam singula metrorum elementa traiciendi licentiam cum in iambicis metris locum habere praeeunte Henr Weil (Jahrbb class Phil 85, 1862, 347, rev crit 1872 I 52) docuisset Studemund (ap Io Luthmer de choriambo et ionico a minore diiambi loco positis diss Argentorr VIII 1884, 77), in ionicis de Wilamowitz-Moellendorff (veram hanc anaclasin dicens, Isyllos von Epid 1886, 128), iam post Blassii (Jahrbb class Phil 133, 1886, 455) et Hansseni (Phil 51, 1892, 244) commentationes in eo erat ut ad magnam metrorum Pindaricorum partem explicandam adhiberem, cum omnem haesitationem ademit Bacchylides redivivus; de quo Berl philol Wochenschr 1898, 328. 871, Blass Bacch p XXXVII, de Wilamowitz GGA 1898, 148 et Mélanges Weil 1898, 459[3]. Novas quasdam difficultates in correptione attica apud Pindarum recte aestimanda (exempla diligentissime recensuit Aug Heimer studd P 89 ss) nunc primum emergentes verbo attingere satis habeo. Quis enim erit qui in ionici metri syllaba aut prima (⏓⏑——) aut ultima (——⏑⏓), in choriambi altera utra syllaba brevi (—⏑⏓—, —⏓⏑—) mutam cum liquida positionem facere praefracte neget? Quo in genere

unum exemplum diiambi in nom propr choriambo ut videtur respondentis apponam Ξενοκράτης I Π 36.

5 F in thesi positionem facere ex uno loco: τοιοῦτον (F)ἔπος I VI 42 collegit Heyne; ubi cum de lectione non prorsus constaret (τοιοῦτόν τι ἔπος [ex O VI 16] libri) post Hermannum opp I 248 et Boeckhium negavit Hartel Hom Studd III 81, negat hodie ex editoribus solus quod sciam (τοιούτων ἔπος proponens) Ed Boehmer P sicil Odd p XI. Alterum locum e coniectura addidit Heimer (studd P 32): ἐπέδειξαν (ἐπεδείξαντο libri) κρίσιν (F)ἐcθᾶτος ἀμφίς P IV 253, cuius lectionis nos quidem aliam modo proposuimus explicationem; item χρὴ δὲ πὰν (F)ἔρ-δοντα I III+IV 66 choriambice metiri praestabit (de πάν infra § 71). Sed tres addere licet locos paullo certiores: ἴcον (F)εἰποιμι N VI 65 et πέφνεν (F)οἱ O Π 42 (ubi ἔπεφνέ οἱ vulgo edunt cum Triclinio), γόνον (F)ἄνακτα I VIII 33. De κενFός quod esse voluit Bergk (ut ξένFος all Ty Mommsen suppl 29 et I Π 36) vide infra § 66.

6 Fρ- in thesi positionem facere omnes consentiunt: ἐπὶ ῥηγμῖνι (formula epica) N V 13, μηκέτι ῥίγει 50, ἕλκεα ῥῆξαν VIII 29, μακρὰ δὲ ῥίψαις P I 45; quibus lectionibus vulgatis ἄνθηcε ῥόδοις (I III+IV 36), ἔριψε, ἄρηκτον alia addidit Ty Mommsen suppl 134, κύμαcι ῥιπαῖc P IX 48 Heimer 64. Bacchylides habet Ἐνδαΐδα τε ῥοδόπαχυν XIII 63, ὅτ' ἐπὶ [ποταμῷ del Ludwich] ῥοδόεντι Λυκόρμᾳ XVI 34.

In arsi ante voces olim digammatas -ν paragogicum addas an omittas, non multum interest. Exempla collegit Heimer studd P 148.

7 Hiatus ante nomina quaedam propria (Boeckh de metr 311) deprehenditur, de quorum consona initiali non liquet: Ἰάλυcoc O VII 74, Ἰcθμός I I 10. 32 (VI 5?, fr 122, 10?), ut Bacch II 7; Ϝανις O V 11; quibus Ἰαολκός (quod quidem fuerunt qui digammate donarent: FιFαFολκός credo; cf ad N III 34) addas ea lege, si ἐc δὲ Ἰ. P IV 188 aut καὶ Ἰ. N III 34 scribere tibi placuerit, hoc cum omnibus editoribus, illud cum Ty Mommsen.

De spiritu multis in vocabulis non liquet sive quia de veriloquio parum constat, sive quia fit ut quae spiritus mutationes qua aetate apud quos homines percrebuerint nisi coniectura assequi non possimus; adde quod codicum nostrorum archetypus spiritum perraro videtur expressisse. Sed cognoscamus de singulis:

8 De ἀγέομαι (semper ἀγ. *D*) et derivatis, ἀγητήρ (P I 69 ἀγη- *CE*, ἀγιc- *DV*), ἀγεμών (fere ἀγ. *D*), ἀγεμονεύω (ἀγ. O

IX 3 *U*), ἁγησίχορος, -δαμος, -λαος, -μαχος, Ἁγησίας ita decernere solent editores, ut ἁγέομαι, ἁγητήρ, ἁγεμών exasperent, ἀγησι- leniant, nisi quod Ἁγησίμαχος N VI 22 Hermann ap Heyn obloquente Boeckhio n cr 535, ἀγητήρ P I 69 Christ, ratione omnes obscura. Sed confer quaeso inscrr ap Collitz: lacc Ηαγηhίστρατος 4592, 9, Ηαγησιλαθ... 4425, tarent Ηâγις 4616 I 12, arg Ηαγηhικρ(άτης) 3269, 10, dor (Abu-Simbel) Ηαγ(ή)σερμο(ς) IGA 482[f], boeot Ηαγείσανδρος 667, denique ⊢ΑΓΗCΙΧ(Ο΄ΡΑ) pap Alcm III 11: tum spiritu in iisdem inscriptionibus hac in stirpe nonnunquam omisso (vide etiam arcad ΟΜƎϽΑ 1185, ΑΓΗCΙΧ. pap Alcm II 19. 23, III 22) nihil sollicitatus ἁγέομαι ab ἄγειν secernere (Lottner KZ V 240), traditum autem nomina ab ἀγησι- incipientia leniendi morem librariis atticis imputare non iam dubitabis.

ἁδύς, ἁνδάνω. Verbi ἁνδάνειν et nominis ἁδύς communem 9
radicem esse *svād* consentiunt etymologi; unde ϜΗΑ(Ν)Δ doricos poetas si non scripsisse (inscr boeot 876 pamphyl 1267[23] Coll), at certe pronuntiasse colligas. Et constant sibi meliores quidem Pindari libri (*ABCDE*[*N*?]*V*) ἁδύς exhibentes; in verbo satis frequenter psilosin praeoptant: P I 29 (ἀνδάνειν, quod praeter Ty Mommsen[2] recipere nemo est ausus), item O VII 17 (ἀδόντα, quod vulgo recipiunt), item indic I III+IV 33 (ἆδον *B*, ᾄδον *D*, solito scilicet errore ᾄδειν et ἁδεῖν confundentes; cf N VI 36 *B*, O III 1 [*B*[l]?] *D*[l], Tricl ad P II 175 p 480, 10 Ab); aspero spiritu ornant: indic I VIII 18 qui solus e vett superest *D*, item infin O III 1 *A*, partic N VI 36 *D*[pc], VIII 38 *D*, P VI 51 *E*, P II 96 *EV*, ⊢ΑΝΔΑΝΗΝ pap Alcm III 20. Editores cum indicativum aor temp exasperare audeant (nisi qui declinantes periculum Ϝάδον scribunt; solus Ty Mommsen[2] lenit), cur infinitivum et participium leni spiritu pronuntiare malint, obscurum (sed v Boeckh n cr 454).

ἁνία (ἀν. P IV 18 *V*; ἁν. omnes P V 32, I I 15, II 22) 10
et ἁνίοχος (ἀν. P V 50 pauci dett, N VI 66 *D*) intacta relinquere satius duxi.

ἅλιος, ἀέλιος. Nominis veriloquium cum *σαϜέλιος (*sol*) 11
quam *ἀϜέλιος (ex αὔως, ἠώς) fuisse probabilius sit, in dorica poesi asperum spiritum exspectamus. Nec movent dubitationem aut voces iunctae ἀντήλιος, ἀπηλιώτης (Lobeck ad Soph Ai v 805) aut synaloephae spiritu neglecto ὥ(ι)τ᾽ ἅλιον Alcm pap II 7 (parth 41), ὑπ᾽ ἀλίωι epigr corcyr 185, 16 Kaib. Et Pindari codices ut in voce quadrisyllaba spir asp ignorant, ita in trisyllaba aspirationi

favent: ἀλ- O II 32 *BEV*, II 62, III 24 *BE*^{lit}*V*, XIII 37 (τἀλ. *B*), N IV 13, VII 73 (adde fragm 133 a Platone servatum), nisi cum solutam formam exhibent pro contracta (O I 5, II 32, III 24, I V 1); trisyllaba forma leni spiritu ornata quater exstat: ἀλ- O II 62 *CFN*^{ac}*QS*, III 24 *DF*^{ac}*Q*^{a}, XIII 37 τ' ἀλ. *FGH*^{a}*QV*. Semper ἀελ- scripsit Ty Mommsen (fr 133, 2 ἅλιον intactum relinquens), quem secutus est Christ. Bergk adeo non constitit sibi, ut in eodem carmine (O II 32. 62) primam cretici pedis sedem modo ἀ͜ελ- modo ἁλ- syllaba expleri iuberet vel invitis libris non contemnendis *BE* et utroque loco et O III 24 ἁλ- exhibentibus. Ego Pindarum psilosin una cum soluta forma ab epica poesi mutuatum esse ratus (mensuram non item, nam ἄ͜ελ- novicium videtur) aut ἁλ- (dorice) aut ἀελ- (aeolice) edidi, etsi ne Sapphonem quidem a contractione (φάος ἀλίω) abhorruisse constat. Papyrus Bacchylidea nuper in lucem protracta aut ΑΛ- aut ΑΕΛ-, nunquam Α͜ΕΛ- exhibet.

12 ἅρμα. Casu factum esse in tanto librorum consensu arbitror, ut semel scriberetur ἔν τ' ἄρματα P II 11 *C*^{ac}*DGV* (ἔν τ' ἅρμ. *CP*^{c}, ut ἔν τ' ἁμέραις P IV 130 *CV*); cf etiam ἅρμενα O VIII 73 *ABCDV*, ἀρμένοισι N III 58 *BV*.

13 ἑλίσσω cum derivatis (ἐλ. O IV 2 *V*, ex αἰλ. *C*; ἐλικο- P IV 172 *BE*; ἑλ. omnes P VI 1, N VI 55, I VIII 15) leni spiritu pronuntiandum esse mihi quidem non persuasit Frid Blass in Kühneri gr gr^{3} II s v allata inscr att κατειλίξας.

14 ἐπάμερος quod est in libris P VIII 95 invehere I VII 40, fr 157 non sum ausus, nec magis ἐπαμέριος quod traditur fr 182 (Aristid) invitis libris scribere N VI 6; ἐφάμερον exhibet pap Bacch III 73.

15 Ἐπιάλτα quod Pindaricum esse diserte testatur schol Harl λ 308 laudato Pind P IV 89, invitis libris ibidem reposui suadente Schneidewino; cf Herodn II 514, 11, Meineke hist com gr 152, Giese aeol Dial 356, Kretschmer gr Vaseninschr 60. 229, Wilh Schulze GGA 1897, 876.

16 ἔργμα restitui suadente Hermanno opp I 260 invitis plerumque libris optimis (θ' ἔργμ. N I 7, ἐφ' ἔργμ. I I 47; sed ἔργμα N IV 6 *D*, 84 *D* [ἑ *B*], VI 34 *V*, VII 49 *B*).

εἴργω retinui, quamquam Η appictum exstat in tabb Heracll; sed cf Boisacq diall dorr 114—17.

17 ἐς(θ)λός. De spiritu (in inscr semel Η exaratum legitur [arcad] 1204, 4 Coll) nunc quidem constat; item de consonantismo (advertas fere congruere *AV* et *BE* ἐςλός exhibentes), quem Pindaro peculiarem

fuisse opinatus est Bergk[3] ad O II 19 (cautius paullo idem ad Sapph fr 51, 4), Bacchylidi quidem non minus quam v c iambographis displicuisse e papyro Britannica colligas. Hermanni inventum ἐθλός (opp I 251), cui subscripsit Ty Mommsen 1864 suppl 18, nunc quidem explosum est.

'Ισθμός (quod ad ἰέναι, ἰθύς revocare solent etymologi) spi- 18
ritum asperum assumere non videtur ante med saec a Chr V, assumit autem in vulgari hominum sermone (Meisterhans[2] 66, Kretschmer gr Vaseninschr 158). De hiatu ante 'Ισθμός obvio vide § 7.

'Ισμηνός exasperandum esse non solum boeoticis inscrr (581. 19
691 ... Collitz), sed etiam attico quodam vasculo perantiquo docemur (Kretschmer gr Vaseninschr 50. 228).

οὕνεκα (-κεν). Et superstitiosa quadam traditae (O XIV 17, 20
P IX 93, N IV 20 in *BD*, non item in *V*) prosodiae veneratione adductus et propter psilosin in crasi τοὕνεκα obviam οὕνεκα edidit Ty Mommsen (cf suppl 199), et fuerunt quibus persuaderet. Sed quem ad modum τοὕνεκα vocabulum epicum ex τοῦ et ἕνεκα (psilosi aeolica) conflatum esse constat, etiam οὕνεκα coniunctionem epicam (= quapropter) adverbio attico (= propter) vetustiorem (Meisterhans[3] 177) vulgo (EM 641, 44) recte ad οὗ ἕνεκα (vel ἕνεκα) revocari censeo. εἵνεκεν pro coniunctione usurpatum Pindaro (I VIII 33, item ἕνεκα N IV 87) propterea tribuere, quod eundem usum in Callimacho (fr 287 O Schn) Apollonius 239, 3 R Schn et Ammonius differ vocc 106 vituperaverint, pravi iudicii est.

α : η. Hyperdorismi in omnibus utriusque recensionis libris 21
exempla quae quidem certa sint non multa deprehenduntur. Certissimum videtur unum: ἀσύχιμον O II 32 (adde ἀσύχιον P IX 22 Vatt) cll Ἡσύχιος nom propr inscr Delph 1789, 4 Collitz, Ἡσύχιον Μεσσαπία, γυνὰ δὲ Ν...αίου IGIns I 517 [Rhod]. Reliqua in variandis verborum suffixis versantur, velut πεπονᾱμένον P IX 93 (Hermann opp I 259, Boeckh n cr 470, Ahrens d d 148); quod enim afferri solet testimonium lapideum ΑΠΟΝΑΓΕ (4523 Collitz), valde lubricum, nec plus valet quod Hephaestio (p 25, 2 W) ex Sapphone laudat ἐξεπόνασε (98, 3 B[4]), cum idem (27, 7) Laconibus κίνασιν tribuat; immerito in suspicionem vocant formam πονήθη in epigr corcyr pervetusto (179 Kaib, 3188 Coll). Tertium exemplum: φώνασε O XIII 67, N X 76; nam ut verbi quod fuisse autumant φωνάω vestigium nullum praeter Pind aut Theocr (II 108), ita φωνέω in ipso Pindaro cunctis suffragiis traditum P IV 163. 237, I VI 51; cf Bacch fr 5, 5 K (8 B[4]). Quartum: ἐδινάθην P XI 38 (ἐδινήθην *B*) cl ὠκυδινάτοις I V 6 *BD* (sed

ἱπποδινήτων Bacchyl V 2). Videntur autem φωνάω, δινάω Theocriteae aetatis hyperdorismi esse e φωνά, φωνάεις, δίνα, δινάεις expressi. Quintum γεγεν(ν)αμένον O VI 53, quoniam a verbo γεννάω derivasse librarii (*A*) videntur, in censum non venit.

Grammaticorum quorundam aut librariorum potius quam paradoseos hyperdorismi notatu digni hi videntur esse: Ἀμφιάραος passim (v. infra), μάλων O VII 80 *A*, ἄμενον O X 33 *B*, ἄρωα P III 7 *B*, θακάμεναι P IX 62 *B*, ἀπονοστάσαντος N VI 50 *BD* [*V* non exstat], ὑμνᾶσαι I III 7 *BD*, θάσομαι I I 3 *D*, τιθάνα P I 20 *C*, μᾶτιν O XIII 50 *NO*, ἀφθόνατος O XI 7 E^1, ἀναρίθματοι O VII 25 tres Thomm, δοναθεῖσα P VI 36 Tricl; quibus adde τήνῳ pro κείνῳ in uno cod M scriptum P III 75.

Quae cum ita sint, in hyperdorismi ratione admittenda magnam cautionem adhibeamus oportet. Intacta igitur reliquimus: πολυμάλῳ O I 12 (cf nott cr), ἄμερος O XIII 2, P I 71, III 6, N VII 83 (θαμερᾶ *B*, θεμ. *D*), IX 44, I III + IV 75 (quae obstare videntur, tab Her [4629 Coll] I 172, Isylli in hexametro ἡμερόφυλλος [3342, 20 Coll], orthographia inscr ion [p 49 Bechtel], mea quidem sententia ad quaestionem absolvendam parum valent; Bacch XI 39 prima vocis syllaba periit), θεόδματος O III 7 (*AV* et *DE*), VI 59 (vett omnes praeter *O*), P I 61 (boni omnes), item νεόδματος, ἐύδματος (ut θεόδματος constanter pap Bacchyl); ad eandem radicem *dam* tres notiones: *ziemen, zähmen, zimmern* ingeniose referebat Ahrens d d 149, kl Schr I 554; aliter paullo δόμος *das Unterworfne, Bereich der Herrschaft* Prellwitz etym Wb 78.

22 Ἀμφιάρηος. Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ᾱ, Ζηνόδοτος διὰ τοῦ ῑ̄ schol Harl o 244. Cum Aristarcho faciunt O VI 13 *AC* (C^{ac} et C^{pc}), P VIII 56 *D*, I VII 33 *BD*, denique codd Athen IV 172^e (Stesich fr 3 B^4). Zenodoteam lectionem librorum Pindd auctoritate egregie stabilitam (O VI 13 Vatt c plerisque Ambrr, P VIII 56 *V* c melioribus Vatt, N IX 13. 24 *BD*) tutati sunt Hermann opp I 258, Boeckh kl Schr V 325, Schneidewin (ex ἰαρηϝ- ed 1843 add), Jak Wackernagel KZ 27 (1885) 265, Kretschmer gr Vaseninschr 32. Acutissime Bergk formas quadrisyllabas quae metro flagitantur N IX 13. 24 a nominativo Ἀμφιάρης (EM 175, 33 = Herodn II 850, 21 L) repetendas esse coniecit. Et Ἀμφιάρῃ quidem in libris est 24; sed Ἀμφιάρην accusativum vereor ut satis tueare cll formis arcadd ἱερῆς (cypr 33, 1 Coll), τὸν ἱερῆν (Otto Hoffmann gr Diall I 23. 253) aut atticis Πηλῆς Προμηθῆς Kretschmer gr Vaseninschr 192, Meyer gr Gr^3 419 cum accusativis heteroclitis

Σωκράτην τριήρην: fuisse Ἀμφιαρεύς arbitror, ut eadem fere quae inter ἀρχιέρεως et ἀρχιερεύς ratio intercedat inter Ἀμφιάρηος et Ἀμφιαρεύς. Plura et fortasse meliora Brugmann praebet Indogg Forsch IX 1898, 371.

Εἰρήνα. Forma εἰράνα in libris non legitur nisi O XIII 7 *CO*, P IX 23 *V*, qui idem liber et O XIII 7 et N I 69 η praestat; vulgo tribus his locis εἰρήνα traditur (= εἰρ]ήνας Alcm pap 91). In vocis veriloquio enucleando qui a stirpe Fρα- proficiscuntur, eis quod et in lyrico et in vulgari sermone (velut inscr cret Caueri del[2] 117, 9; 130, 12) praevalet εἰρήνα ex epica videtur poesi fluxisse, qui a Fρη-, ad nominum doricorum in -άνα desinentium rationem (ε)ἰράνα depravatum esse arbitrantur; et duas antiquitus fuisse stirpes statuit Ahrens Phil 38 (1878) 397 [kl Schr I 323]. In Pindaro nunc potiori librorum lectioni obsecuti edunt εἰρήνα c Ty Mommsen. 23

Μήδειοι. Μῆδοι P I 78 libri vulgo, Μήδειοι *E* recte. Fuisse genuinam formam Μᾶδοι ex inscr cypr (60, 1 Coll) didicimus, Μηδείους tamen ad Μήδειαν assimilatos esse crediderim cl Hes theog 1001, Usener Götternn 161; nam adiectivi haec forma insolita: τὸ Μηδικόν Aesch Pers 791. 24

In his igitur tribus nominibus libri aut omnes aut meliores η̄ recte exhibent. Nunc priusquam de η̄ perperam tradito verba faciamus, pauca de nominum quorundam origine videntur esse praemittenda.

Ἀσκλαπιός. De nominis vocalismo (Ἀσκληπ. Boeckh, Hermann) nunc quidem ex inscrr epidaur (3324. 3325[106] Coll, Ath Mitt 20, 20), trozen (BCH 17, 90) boeot delph thessal aeol satis constat; de veriloquio ab αἴγλα non seiungendo Wilamowitz Isyll 93; de accentu (Ἀσκλήπιος Boeckh n cr 455) Herodn I 123 L. 25

Σαρπαδών et Ζάτας e marmore olim Farnesiano, nunc Albano (IG Sic Ital 1293 A 82. 89) laudavit Ahrens d d 144. 139, recipere Pind P III 112, IV 182 nemo est ausus; certiora videlicet testimonia requirunt. Analogiae rationes si spectas, Σαρπαδών satis certum videtur; nam cll Καλχαδών et quod similiter ac Σαρπ. non herois solum, verum etiam locorum [hominumque?] graecorum nomen fuisse constat Ἀνθαδών, nec de veriloquio ad σάρπος = κιβωτός, ξύλινος οἰκία (Hesych) revocando nec de vocalismo nimis dubitabis. Ζάτας (Ζήτης) paullo difficilius videtur ad expediendum; nam ex ζα-άϝτας vel propterea derivari nequit quod ἄω verbum noviciae procul dubio originis est; ζα-αϝήτας autem ion-att 26

ζάτης, dor ζήτας fieri oportebat. Quid quod Ζητήρ (Ζεὺς ἐν Κύπρῳ), ζήτωρ est apud Hesychium (Otto Hoffmann gr Diall I 228, Prellwitz etym Wb 110)? De ionico glossarum vocalismo cf Ἐνδηΐδες· αἱ νύμφαι ἐν Κύπρῳ et Ἐνδαΐς Pind N V 12, Bacch XIII 63.

27 Ἀλκμάνα quod traditur Sim 8, 3 apud Lucianum (de Pind codd infra § 31) cum adiectt ἀλκμαῖος, ἀλκμαρές (Hesych), item cum Alcma(o)nis, Alcmanidarum, Alcmenoris (Apolld bibl II 17 W), Hippalcmi nominibus (Ἵππαλκμον [schol Pind O I 144 vulgo, scholl Ven B 494, vas Beroll 1655 Furtw] plerique Ἱππάλκιμον aut Ἵππαλμον fuisse putant sec Diod IV 67, 7, Apolld I 113 W, schol Pind l l cod *C*) ad substantivum intermortuum *ἀλκμά revocandum esse probabile videtur cll Μεσσάνα: μές(σ)α (Herodn I 330, 35 L), Μυκάνα (-ᾶναι): μύκα (= μύκησις Hesych), Πελλάνα: πέλλα (mulctra), Κυλλάνα: κυλλά (κοίλα Lobeck path I 354; an a κύλλα 'catula'?), Πειράνα: πεῖρα (an a πειρά· παρὰ τὸ πείρειν schol Aesch choeph 860?), Κυράνα: κόρα (Bechtel Gött Nachr 1890, 37; an a κῦρα 'domina'? cll Studniczka Kyr 134—151, Wilh Schulze ap Ern Maass Herm 25, 408 n), Ἀνθάνα (Herodn I 331, 20): Ἄνθα(?). Equidem Ἀλκήναν fuisse (Herodn II 288, 4) quam Ἀλκμήναν facilius crediderim cll Ἀλκεύς, Ἀλκ(ε)ίας, Ἀλκήν; nam *Ἀλκμεύς, *Ἀλκμέας, *Ἀλκμήν voces prorsus inauditae. Ἰσμήνα et Ἰσμηνός (Ἰσμειν. boeot) obscurae originis nomina (ab ἑσμός, *Ἐσμαγέτας, *Ἐσμόκριτος? cll ἱστία, πρισγεῖες) omnino procul habenda; item urbis nomen Μυτιλήνα (a μύτιλον· ἔσχατον quod vulgo repetunt; an a μύτις· ἰχθὺς θήλεια κτλ ap Hesychium?). Aliud vocis Ἀλκμάνα veriloquium requirenti utrum pleonasmi (τοῦ λ̄, τοῦ μ̄) an syncopae (τοῦ ῑ) ratione uti malit optio dabitur sec Herodn II 247, 22 L.

28 Γαρυόνας. Geryonis nomen quod a verbo γαρύειν nemo segregabit ΓαρυϜόνης scriptum invenitur in vase quodam chalcidico, de quo Kretschmer gr Vaseninschr 62 ss.

29 De νάποινος constat e gl Hesych νάποινος· μάταιος. Idem ratio evincet, sive ν-ηλ(ε)ής contuleris (ἀν-άποινον: ν-ήποινον Hom), sive νη-πενθής, νη-κερδής, νῆ-ις (etsi νῆιν ionizat Bacch V 174), ad quae explicanda νῆσσα (*νᾱτ̯ια): *antis* litav adhibet Brugmann Gramm² 41. Intactum νήπιος reliqui ut glossam epicam veriloquio doricis quidem poetis obscuro; cf § 33 et n cr O VI 62. De νήριτος n cr O X 25.

30 Denique de καύχημα I V 51, καναχηδά N VIII 15 quid statuendum sit dubitant, illud ad καυχέομαι (Ahrens d d 133), hoc

ad καναχέω revocari posse dictitantes. Verum enimvero a librariis καύχημα quam a Pindaro ipso (καυχᾶσθαι O IX 38) ad αὔχημα nomen vulgare (Pind P I 92, ubi καύχημα rursus V^{ac}?*PQ*) assimilatum esse probabilius est; καναχηδά autem cur a verbo derivato potius quam a nomine primigenio καναχά (cl σφαιρηδόν, ἀγεληδόν) repetendum esse videatur obscurum.

Omnino libri nostri in ᾱ dialectico observando mirum quantum 31
dissident: P III 6 (metro dactyloepitritico) Ἀσκλαπ. *CV* + *BD*, Ἀσκληπ. *E* c dett Vatt, N III 54 (metro aeolico) Ἀσκληπ. omnes (*BDV*), unde utrum P voluerit non liquet. Alcmenae nominis in dactyloepitritis tantum occurrentis terminationem -άνα testantur P IV 172 *BD* soli, IX 85 *B* solus, septem reliquis locis -ήνα libri consentientes, nisi quod O VII 27 *CM*, fr 172 codd Eurip -ήνης praebent ionismo manifesto; item in dactyloepitritis: Σαρπηδόνα P III 112, Ζήταν IV 182, Μυκηνᾶν 49, Γηρυόνα I I 13 omnes (*BD*), fr 81 codd Aristidis, Ἀθηναία O VII 36 omnes boni [praeter C^{pc}, *G*?], N X 84 *B*, Λημνιᾶν P. IV 252 Ambrr, Τληπολέμου O VII 77 *ACN* (sed Τλαπ. 20 eidem libri c ceteris), Εὔφημος P IV 22 omnes boni praeter *B* sed Εὐφαμ. ib. 44. 175. 256 omnes, item νήποινον P IX 58 omnes (*V* c Vatt), item ἡμέραις N IX 42 omnes (*BD*), ἡμέρα O XIII 39 *BE* c Ambrr, item μελιηδέα P IX 37 *V* + *DGIPQRU*, fr 166 codd Athen, item ciδηρίταν N V 19 omnes (*BD*), ciδήρου P IV 246 Ambrr + *PQR*, in eodem versu πληγαί *BV*, item στηλᾶν O III 44 duo optimi (*AB*), μηχανάν P III 62 Ambrr (= 109 *C*, O VI 67 *BC*, VII 25 *A*, P IX 92 *DEUV*), item μητέρα O VI 100 *ANO*, Δάμητρα 95 *A*, ἀληθείας I II 10 *BD*, κηρύξαικα I III + IV 43 *BD*, μήνυε O VI 52 *C*, μηνύει N IX 4 *D* (cf P I 93, I VIII 55, Bacch X 14), δύστηνον P IV 268 *L*, ἀλαλητός P I 72 *CE*, item παπτήνας P IV 95 omnes, προσηύδα ib 119 omnes, συλήσα(ι)c P XII 16 omnes, sicut νικής. ib 6 *EV*, I V 10 *D*, P IX 73 *E*, N X 24 *B*, αὐδής. N X 89 *D*, καναχηδά N VIII 15 omnes (*BD*), item καύχημα I V 51 *BD*, αἰχμητάν O XI 19 *DGMPQRUV*, αἰχματήν ibid *E*, denique τῆς N IX 53 *B*.

Ac ne quis aeolica carmina alia condicione uti suspicetur: 32
Γηρυόνα fr 169 codd Plat, Ἐπιμηθέος P V 27 Pindari omnes, item π(ο)τηνός 114 (retin Ty Mommsen), ἠνίξατο P VIII 39, κῆδος (κῦδος) O I 107, ὁμηγερέα (ὁμηγυρ., ὁμυγερ.) P XI 8, θήξα(ι)c O X 20 omnes, Μνημοσύνας N VII 15 *BD*, μνημήϊ(α) P V 49 Vatt praeter *D*, εἰργασάμην I II 46 *BD*, ἀπρήκτων I VIII 7 *BD* (ᾱ D^{i}), ciδηροχαρμᾶν P II 2 *E* c Ambrr, ciδήρου

O X 37 Ambrr, κακηγοριᾶν P II 53 Vatt, ἀληθῆ O I 28 omnes praeter duos Ambrr (*FN*), ἀληθείαc O VIII 2 *BG* e duob Ambrr (*CN*), ἐξαίφνης IX 52 omnes praeter duos Ambrr (*AC*), ἕκηλος 58 *C*, θνηcκόντων IX 35 *BN*, θνήcκοντι X 90 *C*, πέπηται P VIII 73 *E*, εὐνομίην P V 67 *QRS* (quod placuit Mommseno).

33 Bacchylidi quae quibus rationibus condonanda esse videantur (Ἀλκμήνιος ἐπίζηλος πολύζηλος πολυζήλωτος ἐπιcκήπτων κυβερνήτας λησταί παραπλῆγι παρηΐδων) fusius exposui Berl philol Wochenschrift 1898, 868 ss. Sed ut Cei poetae sermonem ad Pindaricam dialectum exigere temerarium est, ita quos ionismos communi poetarum usu (cf quae de Θρηΐκιος docet Hermann ad Eur Alc 976 [ed Monk]; de νήπιος supra § 29) pervulgatos esse contendi nequeat — an Ἀλκμάναν, Γαρυόναν, Ἐπιμαθέα Doriensium choros suo Marte canere potuisse negas? — a vate certe Thebano Δωρίαν κέλευθον ὕμνων incedente abiudicare aliquando ne cautiores quidem dubitabunt.

34 α : ε. Dorico adiectivo ἰαρός quae respondet forma vulgaris ἱερός poetarum usu sancita erat, ut regem ipsum Ζαθέων ἱερῶν ὁμώνυμον proprio exui nomine necesse esset. Similiter quam Ἄρταμιν intus domique precabatur poeta chorum suum Ἄρτεμιν vocare iussit. πιέζω (passim) et χέραδ(ος) (P VI 12 libri et EM), quamvis ἐπίαζεν ap Alcm 44 egregio Herodiani II 949, 23 testimonio confirmetur et χάραδος sit in tabb Heracl, retinenda duxi. De forma cκιαρός (cκιερ. O III 14 *A*, 18 *CNO* et *D*, fr 129, 3 Plut codd vulgo) Pindaro reddenda nulla inter vv dd dissensio. χλοαρόν restitui P IX 38. φρacίν invitis libris P III 59 scribenti Boeckhio omnes oboediverunt, ibidem 68 τάμνων Tychoni Mommsen nemo praeter Ed Boehmer. In verbis τρέπω (ἐπιτραψῶ in tit cret Cauer² 116, 21), τρέφειν (τραφ. P II 40, IV 115, I I 48 *B*, VIII 40 *BD*; sed τρεφ. O I 112, X 95 et θρεψ. passim omnes codd), cτρέφειν, τρέχειν (τραχ. P VIII 32) a vulgatis lectionibus discedere nolui. Bacchylidis papyrus Londinensis et ἱερός, Ἱέρων, Ἄρτεμις, τρέφειν, θρέψαι, cτρέφειν confirmat et τάμνε XVII 4, τάμνων V 17. Item adiectivo Pindarico γελανής P IV 181 (O V 2) respondet verbum γελανόω ap Bacch V 80.

35 Scripturae ἰθύνω vestigia quamvis tenuia servarunt scholl O VII 33 (56) ἰθύνειν καὶ ὁρμᾶν (εὐθῦν' in carm contextu *B*) et O XIII 28 (38) ἴθυνε. Lectiones D^2 ἡθυπομπός in paraphr N II 7 (9) et ἠθείαc N I 25 haud in magno discrimine pono propterea quod idem librarius ἦ pro εὖ exaravit N I 32; sed cf lect Med Aesch Pers 773; Bacch XV 54. Vocabuli mere ionici forma ἰθύει

fr 234 occurrente in hac quidem quaestione vix quidquam decernitur.

πέτομαι. Soloecas formas πέταμαι, πέταται all antiquitus 36
iam in carminum graecorum contextus immigrare coepisse docent cum vv ll X 143. 198, Ω 345, tum schol X 198; in Pindaro bis traduntur omnibus libris consentientibus, P VIII 90, N VI 48, quas correxi praeeunte Aug Nauck Mél gr-rom V 182.

ἐθέλω, θέλω. Boeckhio θέλειν Pindaricum esse neganti (n 37
cr 439, kl Schr V 391, ut Homericum esse negaverat Aristarchus A 277. 554, o 317) oblocuti sunt Hermann ap Heyn 1817 III 394, Ahrens kl Schr I 77, Ty Mommsen suppl 36; profligavit quaestionem Bacch III 64, V 135, XIII 18, XVII 41. 69, si modo fuit quaestio; nam aphaeresis quidem per quam θέλειν in ἐθέλειν corrigi interdum posse videbatur, vocativis ὦναξ, ὤνασσα, ὠπολλωνιάς, ὠριστόμενες, ὠρκεσίλα (quas crases potius esse perspexit Boeckh de metr 290, n cr 413. 470; cf Ahrensium kl Schr I 76, Alb Lucium diss Argentorr IX 390) omissis in Pindaro statuenda est nulla. ἐκεῖνος et Pindaro et Bacchylidi ignotum.

περιϝώσιος? Vocis origo obscura; quam a *περιεόντσιος 38
repetere cum aliis rebus tum constanti ω̄ prohibemur. Ac Pindarus cum ante vocales ῑ eliso περ-, ante consonas περι- scribere soleat, retento ῑ nisi omnia fallunt περιϝώσιος esse vult, ut sit 'is qui ceteros quasi protrudit atque submovet'. Utut est, ante vocales Pindarum περ(ι)- elisisse cum cll O VI 36, P IV 265, P III 52, N XI 40, fr 314, tum inde colligo, quod N III 33 ἄναξ ὑπέραλλον αἰχμὰν ταμύν novare quam περίαλλον scribere maluit. Unde ὅν ⟨τε⟩ πέραλλ' ἐτίμασε Λοξίας conicio, P XI 5.

ἦρα. Particulae ἦ ῥα, ἦ ἄρα, ἦ ἄρ, sive interrogantis 39
sunt sive asseverantis, ut Π 750, ω 193, Τ 56, apud Homerum semper in fronte sententiarum positae sunt. Apud Atticos poetas ἦ ῥα raro traditur (Aesch Pers 633 D^5 [ἆρ'? Kirchhoff], Soph Ai 172. 954; solent autem Attici ex ἦ ἄρα per crasin ἆρα facere (Apoll de coni II 490 B, I 223—24 RS, Ahrens kl Schr I 60, cui nunc quidem periti omnes adstipulantur), Aeoles et Dorienses ἦρα, Alcm 61 (Apoll l l), Sapph 102, Alc 94, Collitz 217, 4 (Wilh Schulze qu epp 472, 2); item papyrus Bacchylidea V 165. Apud Pindarum in principiis sententiarum ἦ ῥα (ἦ ἄρα) et traditur et editur (in interrogatione I VII 3, in affirmatione P IV 57, XI 38), mediis in sententiis ubicunque trochaeus requiritur, ἄρα quod est in libris a Boeckhio in ἆρα mutari solet, omnibus plau-

dentibus (cf etiam Hermann Arist nubb 142. 1028), nisi quod ἄρα et ab epicis et a lyricis poetis abiudicavit Wilh Dindorf in lex Aeschyl p 40, recte hoc quidem; quamquam (ʽκοινότερονʼ Apollon l l) ὡς ἄρα, τῷ δ᾽ ἄρα, τίς ἄρα dixisse fertur Archil 86, 2; 89, 5; 95. Libera igitur Pindarum vocalismo illo si non ionico at certe attico scribens aut legens ἦρα O VIII 46, P IV 78, N V 30 (ubi v n cr), I VI 55 (n cr), VIII 59. Nam quod a poetae manu profectum erat ἦ ἄρα, Atticos homines quique ex eis pendebant et voce et litteris ἄρα expressisse consentaneum est; cf δ᾽ ἀμφοτέρωθεν quod est in libris O XIII 99.

40 ὦν ex ἦ οὖν natum esse docuit Ric Meister ad Herodam Abh Sächs Ges Wiss ph-hist Kl XIII 1893, 867, unde cum in μὲν ὦν, οὔτ᾽ (μήτ᾽) ὤν, αἴτ᾽ ὤν, γὰρ ὦν constare sibi Pind videatur, dubito an ἐμὲ δ᾽ οὖν καὶ O III 38 restituendum sit ad normam loci non absimilis ἐμὲ δ᾽ οὖν τις ἀοιδᾶν κτλ P IX 103. εἴτ᾽ οὖν et ἐμοὶ μὲν οὖν exhibet pap Bacch XIX 29. 37.

41 καὶ ἐν, κἀν I III + IV 43 κεἰν *B*, κἠν *D* (eandem lectionis varietatem praestant codd Stob Sapph 68, 3, ubi nescio quis κῆ ἐν Ἀίδα δόμοις intellegi voluit); edunt κἀν sive κἀν Boeckh (Hermann opp I 254, Jahrbb class Phil 33, 1841, 256), κἠν Bergk (idem κἠξ coni P III 113, ʽκἠκ sive malis κἀκʼ P XI 18), item κἠν Wilh Schulze qu epp 202 n 1, κεἰν Mommsen (idem κἀν coni O VIII 78, XIII 107, N I 79), quem secutus κεἰν e Pindaro affert Lucius diss Argentorr IX 383, per errorem opinor, cum 371 n idem Pindaro κἠν vindicare videatur. Recentioris aevi epigrammata passim κἠν exhibent, ex quo tempore και- et κη- idem fere sonare coeperat (Wilh Schulze qu epp 472). In Pindaro igitur quod cod optimus *B* praestat κεἰν manifesto absurdum, alterius codicis (*D*) κἠν exhibentis in Nemeis praesertim aut Isthmiis non magna est auctoritas. Est autem crasis in η facta Doriensium, in α Aeolum; nam quod in Theocriti carmine aeolico traditur η ex doricis carmm velut VII 50 invectum videtur. Iam Pindarum si cum Doriensibus et Alcmane α + ε in η contraxisse constaret (de νίκη ad N V 5), κἠν miscuisse crederemus: nunc eum cum Lesbiis poetis quam cum Alcmane (74^{b}3 ap Ath 110 f) fecisse probabilius erit. κἶαολκόν· (= καὶ Ἰαολκόν) edidi N III 34 praeeunte Ahrensio (κἰαωλκόν); cf Alb Lucium diss Argentorr IX 362. 373 Crusium praef Babr p LVII. Item καἴπερ (καὶ περ- Ahrens) N IV 36, quod ad καὶ αἴπερ revocaverim cl αἴτε P IV 78.

42 Vocales pronuntiatione contractas a Pindaro ipso separatim plerumque discriptas fuisse, non ΕΦΑΨΕΙ sed ΕΦΑΨΕΑΙ, non

ΟΙΔΑ sed ΑΟΙΔΑ (Boeckh kl Schr V 343), et per se probabile et codicibus nostris confirmatur:

ΑΕ: etiam metro syllabam requirente ἀεθλ- exaratur in bonis libris nisi quod ἀθλοφόροις O VII 7 Vatt soli, item εὐάθλου I VI 3 (*BD*), qui eidem ἀθληταῖςιν praebent metro refragante I VI 72 (emend Bergk). φαεννόν retinui O VII 67, φαεσίμβροτος restitui ib 39 cl Hes theog 958, Bacchyl XIII 95 (XII 128 Bl). ἀερύῃ an ἀερύῃ Pindarus O XIII 81 (infra § 67) cecinerit dubito. ΑΟ: Ἰαολκοῦ scripsi P IV 77 cll P IV 188, N III 34, IV 54 (*V*); vulgo (Boeckh n cr 576) Ἰαωλκός fuisse putant. cάος edidi (ὅς libri, cῶς Emperius) P III 106 (cll caόφρον Bacchyl XIII 153, ΣαFοκλέFης inscr cypr XXVIII Sayce [Meister Diall I 188]), Σαοκλείδα' N VI 21. De ἀοιδαῖς N XI 18 infra § 86. ΕΑ: vulgaria sunt Κτεατόν O X 27, πολυκτέανον 36 (quod displicuit Hermanno), βασίλεα N I 39, βασιλέα O XIII 21; quibus adde νεαρός P X 25, N VIII 20. De Πυθέα infra § 47. εὐκλεέα dubitanter scr P XII 24 (de εὐκλεῖα ad N VI 29). ΕΟ: traditur ευ in verborum terminationibus δέκευ passim, cυνέθευ P XI 41, καλεῦνται fr 133, 5 (Plat; cf gramm Meerm Greg Cor 659); manifesta interpolatione ἐθάμβευν N III 50 *BDV*. εο exaratum est in genetivis P I 79, X 3, I V 33, (Πηλέος) VI 25, item epigr Panticap saec a C IV 773, 3 Kaib, pap Bacchyl III 7, IV 13; unde Ἀριστοφάνεος reposui N III 20 (-ους Vatt, -ευς *V*); quamquam de cέο : cεῦ constare videtur O XIV 18, N VIII 46. Adde Κρεοντίδαν N VI 40, πνέον P IV 225, νεομηνίᾳ N IV 35, θεόμοροι O III 10 (cl infra § 55). ΟΑ: χλοαρόν scripsi P IX 38 (χλιαρόν boni, recep Tricl, χλαρ. PQ, recep Mosch); item Ὀαρίωνα N II 12 (neque enim coalescunt ωα). ΟΕ: Ὀπόεντος O IX 58, ἀργεννόεντι P IV 8. ΟΟ: νόον P III 5. ΙΕ: ἱεράν O III 30, ἱέρεα P IV 5, ἱερόν fr. 189. ΑΕ: φωνάεντα O II 85 omnes exc *A*, ποιάεντα N V 54, ἀλκάεντας O IX 72 *A* solus, P V 71 rest Bergk, αἰγλάεντα P II 10 rest Bergk, ἀργάεντα O XIII 69 et κνισάεντι I III+IV 84 rest Ty Mommsen. ΑΟ: Ἄϊδαο libri exhibent P III 11, N VII 31, βορέαο (ου) O III 31 Ambrr, quas scripturas ut ex librariorum ad epicum sermonem delabendi libidine profectas repudiavi cll Ἄϊδα O VIII 72, X 92, N X 67, Κρονίδα O VIII 43, Οὐρανίδα P III 4, διφρηλάτᾰ Ἀμφιτρ. P IX 81. Λαομεδοντιᾶν retinui I VI 29 (Λᾶομ. N III 36), τετραορ. Q II 5, P X 65, I III 17 (τετρᾶορ. P II 4, N IV 28; τετράόροιcιν N VII 93; de vocali correpta cf δυcάής, δύcερις, ὑψερεφής, Schulze qu epp 27. 68). προπραόνα scripsi N VII 6; de κοινα(ο)νία ad P I 97.

Denique ἐπηετανόν retinui N VI 10; vocis veriloquium (αἰFεί?) mihi quidem dubium. De ηο, ηῳ ad N IX 13. 24.

43 Ἀοσφόρος. Est I III + IV 42 ἀωσφ. in *B*, ἑωσφ. in *D* et schol *B*, ἀωσφ. Tricliniana lectio vulgo recepta, dubitante propter contractionem Hermanno, qui ἑωσφόρος proposuit ap Heyn Homericam formam (Ψ 226) nunc quidem explosam; ἀοσφόρος primus flagitavit Benfey WL I 27, probavit Ahrens kl Schr I (1845) 52, item (a glossis dubiis ἄες, ἄας Hesych profectus) Bergk[3.4] in adn, in contextu ἀωσφ. retinuit.

44 Ἀόος (ἀοῦς libri) N VI 52 et Πυθόϊ (πυθοῖ) I VII 51 Er Schmid restituit (cf Choerob Hort Adon 268[b], scholl Theodos canon I 310, 24 Hlg); Κλεόος videtur fuisse N III 83 = fr 308.

45 Τροῖα. ἥροας. ἡρόϊος. Ut feminina in -ως exeuntia, ita Τρώς, ἥρως cett ad stirpes correpta vocali revocanda esse inscriptiones testantur (ἥρο[ος] 3304 Coll, epigrr πατροῖες 13, ἡροϊκῷ 279, ἥρῶα 774, 4 Kaib), tum dactyli epici (ἥρωος) Ζ 303, (ἥρωϊ) Η 453, θ 483, denique Pindarus casus obliquos et derivata nominis ἥρως in arsi plerumque corripiens P I 53, III 7, IV 58, N VII 46, fr 133, 5 et urbis Troiae nomen aut spondaice aut anapaestice metiens (cf Aristarch A 129). Τροία, Τροῖα scripserat Er Schmid, Τρῴα, Τρωῖα scribere tutius esse duxit Boeckh (kl Schr V 303; cf Eust prooem 16, 7 Ab), Τροία et, vel invitis libris (velut N II 14), Τρῦῖα Bergk; Τροία habet pap Bacchyl IX 46.

πατρώϊος quattuor syllabas explens nunquam corripitur ap P; trisyllaba forma utrum πατρῷος (ab epico πατρώϊος Pind O II 35, N X 66) an πατροῖος (ab antiquiore πατρόϊος) poetae Thebano sonuerit, in medio relinquam: πατρό(ι)ος certe (πατρῴων N IX 14 *BD*, πατρῴαν N II 6 *V*[1]) Pindaro non magis equidem imputaverim quam Euripidi; cf Ahrens KZ III 81, Io Schmidt KZ 27, 374, Meister Diall I 249, II 17, Wilh Schulze qu epp 22. 406.

46 Ἀλφεός. ἀφνεός. Plenior forma Ἀλφεϊός (Λ 726, Theocr 25, 10, ut Πηνεϊός in adulescentis poetae carmine P X 56 [Πηνεῖοῦ IX 16]) non occurrit apud Pindarum; neque unquam media vocis syllaba longa flagitatur (de O VII 1 Ty Mommsen suppl 68. 69). Libri raro exhibent -ει-: O I 20 (= codd Plut qu conv IX 15, 2, metro brevem requirente), 92 A^{pc}, VII 15 (-ε- *AM*), VIII 9 *NU*, IX 18 Ambrr et $D^{pc}PQ$ (in synizesi, ut pap Bacch V 53, VI 3). Idem fere cadit in ἀφνε(ει)ός (-ει- O VII 1 omnes praeter *A*, fr 122, 2 [in carminis initio] et 218, 4 Athenaei codd).

47 Αἰνέας (O VI 88), Αὐγέας (O X 28), Ἑρμᾶς (passim),

Ὀρσέας (I III+IV 90), Πυθέας (N V, I V. VI). Respuit Pindarus formas epicas Αἰνείας, Αὐγείας (cf B 624), Ἑρμείας; idem quem ad modum Ἑρμέας tribus syllabis ignorat, contrahit Πυθέᾳ I VI 58; cf Πυθόδωρος Πυθοῦ, Πυθῆς Πυθοδώρου Ath Mitt VII 254.

οἰκούριος. P IX 19 quod traditur οἰκουριᾶν in contextu retinui metri inaequalitate (— ⏑ ⏑ — ⏑⏑ — —) admissa; οἰκοριᾶν commentum Moschopuleum diu obtinuit hyphaeresi auxilio arcessita nescio qua (B ph W 1896, 221); οἰκοαρᾶν coniecit de Wilamowitz (Herm 23, 1897, 261) cll χεριάρας, χαλκοάρας ap Pind, quibus nunc addas φρενοάρας adiectivum Bacchylideum (νεοαρδέ' ἀλωήν Φ 346 huc vocavit Curtius Grundz Etym s v ἄρδω, conferre praeterea possis ἐπιόσσομαι, ἐπιόψομαι ap Hom), sed remanet dubitatio et de vocabuli inusitati notione (utrum domum quasi componentes an domui affixas dicamus virgines nobiles?) et de nominum I decl in -ας desinentium genere communi (Νεμεονίκης ᾠδή? schol inscr N XI p 333, 1 Ab; de ἀνδροδάμας, χαλκοδάμας infra § 85). Quod traditum est οἰκούριος notionem si spectas unice verum videbitur cll αὐλαρός (= αὐλαϝορός)· αὐλωρός, οἰκοφύλαξ gl Hesych et loco in n cr laudato Soph OC 343. Sunt autem οἰκούριαι ἑταῖραι non tantum 'domum custodientes' (= οἰκουροί), sed umbratica vita quasi pallescentes. De forma feminina cf ξενία O III 40, P III 32, I II 39, ἐπωνυμία O X 78, P I 30, (κοῦραι) ἐννύχιαι P III 79. 48

αἰέναος. Solent αἰεί, αἰέν reponere, ubi prior syllaba producitur, αἰέναος restituere quod sciam nemo est ausus; recte hoc quidem apud atticos poetas velut ἀέναον Aesch suppl 553, Eur Ion 118 cll ἀεί Arist Ach 751 D, Apoll adverb 187, 26 RS. Pindaro (O XIV 11, P I 5, N XI 8, fr 119) αἰέναος reddere non dubitavi cl ἐν δ' ὕδατ' αἰὲ νάοντα v 109 (Bekker Hom Bl I 310), ὑπὸ στάλαι κρύπτεται αἰενάω[ι quod exaratum legitur in epigr Panticap (saec a C I) 250, 4 Kaib. 49

Ceterum sonos ῑ, ῡ in diphthongis ante tertium vocalem intermortuos scriptura nostra modo celare: βασίλεα N I 39, ἱέρεα P IV 5, Κλεοῦς N III 83, ὑέων N VI 22 (cl Nauckio ad Aristoph Byz fr p 53. 72 et praef II p XIV[8], Meisterhans[3] 113[1037]; aliter Wilh Schulze comm philoll sodal Gryph 1887, 21), modo exprimere: Γα(ι)αόχῳ O XIII 81, ἰχνε(ύ)ων P VIII 35, το(ι)αῦτα P VIII 55, religioni non duximus. Quo constantius id egimus, ut quae temere librarii confudissent strenue distingueremus: (-εια : -εα) δουλία P I 75, εὐσεβία O VIII 8, εὐμενία P XII 4 (cl Herodn I 292, 6, Apoll synt 341, Gust Meyer[3] 183), βατιά O VI 54; (-ειος : -εος) 50

Κύκνειος O X 15, Νεκτόρειος P VI 32; (-ειος : -ιος) Ἰσμήνιον P XI 6, λάτριος N IV 54, ἵππιος cum multis in locis tum O XIII 82 ('nam quis unquam Minervam Ἱππείαν fando audivit, quae constanti usu Ἱππία vocatur quemadmodum Neptunus Ἵππιος, non Ἵππειος' Bergk[4] p 40) cl Bacchyl XVII 99; adde μαντίων P XI 6, Αἴαν τεόν O IX 112, Ῥέας (Ἀρείας) N IX 41, Θεαῖος N X 24. 37 cl Dittenbergeri Syll 297, 15.

51 θνᾴσκω passim, κικλήσκων P IV 119. De grammaticorum testimoniis Ahrens d a 96, Meister Diall I 181, Usener Jahrbb class Phil 91, 1865, 245; de inscrr Meisterhans[2] 141[1234]. Fuisse aliquando *θανίσκω, *θορίσκω, *κικελίσκω, *μιμανίσκω apparet.

52 (εὐ)-πάρᾳος. In subst dor παρᾳά (aeol παραύα, ion *παρηή, att παρειά, quibus adde hom παρήϝιον) quocunque veriloquio utemur (cl Ahrens kl Schr I 227, Pott etym Forsch I[2] 208, Benfey Wurzellex II 335, Io Schmidt Pluralb 407[1]) ῑ addere tutius duco, quod in adiectivis εὐπάρᾳος P XII 16, χαλκοπ. P I 44 (-ει- *E*), N VII 71 (-η- scholl?) Bergk restituit suadente Ahrensio d d 143, cui praeierat Hermann opp III 25.

53 λᾴαν edidi O X 44 suadente Ahrensio d d 142. De λᾶϊς, λᾳστάς, λᾴζομαι nemo dubitat (Aesch sept 331, Bacch XVI 17, Cauer del[2] 181, 79. 80); apud Hesychium λάαν· κτῆσιν. Δωριεῖς ἐπὶ τῆς λείας recte legi concedes cl ionico λῃΐη.

54 πρῷρα. Ignorant ῡ (in πρῴραθεν P IV 22, X 52) codd Pind, item in κυανόπρωρα pap Bacchyl XVII 1; inseruit Bergk inde a prima PLG editione 1843 (cl Sim fr 242[1] [241[4]]); habet ῡ cod M Aesch choeph 390, Soph Phil 482. 639. De inscrr Meisterhans[2] 51; de grammaticorum testimoniis Cobet nov lectt 204, Mnemos III 1875, 325 (= misc cr 336), La Roche Hom Unterss I 220.

55 Semivocalium quas fuisse post consonas vv dd aliquando statuerint (velut Ty Mommsen suppl 37) exempla fere haec: ἱππιοχάρμαν O I 23 (ut χρυσεο- III 29, χαλκεο- N X extr, epico more, quem post Bacchyl V 34. 74, IX 100, XVII 106, XVIII 59 adamavit Euripides), ἀκροθίνια O II 4 *CN*[ac] (Zenod), X 57 *E* (cl N VII 43), κρύφιον II 97 (cl P I 84), ταμίαι XIII 7, Λυδίῳ XIV 15 (cl V 19), νυμφιδίαν P III 16 (cl Soph Ant 815), βρότεον ἔθνος X 28 (cl N III 74), ἐννύχιοι XI 25 *B* (cl III 79), ἡσυχίᾳ XI 55, λόγιοι N VI 30 (cl v 45 et P I 94), αἰμυλίων VIII 33 (cl α 56, Hes theog 890); quae nunc quidem omnia ad grammaticorum aut librariorum errores revocare placet; cf etiam quae ad N VI 30 adnotavimus. δυώδεκα quam δώδεκα elegan-

tius esse ratus ubi cum antiqua librorum auctoritate posset (P V 33, N XI 10, fr 171) retinendum duxit Bergk; de verbo ciωπάω vide n cr ad O XIII 91. Quae praeterea huc vocari solent, Ἀλφεοῦ O IX 18, γενύων πνέον P IV 225, Νεμέᾳ N IV 75, κολεῷ X 6, πλέοντες fr 51, θεοῖcι, θεῶν, θεῷ O I 39, XIII 83, N X 31 (de Πυθέᾳ supra § 47) nescio an rectius ad insolentiorem vocalium contractionem revocentur. Dubia sunt τεάν N IV 78, τεαῖcιν I VII 50, ubi aut (c Hermanno 1798) cάν et caῖcιν conicias (de sigmatismo cl Paulo Harre verbb P colloc 6) aut vocales coaluisse statuas; nam τ(ε)ὸν Praxillae fr 1, ad quod primus provocavit Hermann opp I 253, quamvis grammaticorum testimoniis satis stabilitum, tamen propter formae singularitatem in tanta pronominis frequentia suspectum. Sequitur ut simile iudicium feramus de θεὸc ὀρθωτήρ P I 56, ubi ingeniis coniectando (τιc, ut exquisite dictum O II 59, ita [vel propter καί τιc 52, ἥροαc 53] pessimum hoc loco futurum Hermann, θεὸc cωτήρ interpolatione exsangui Hartung) exhaustis eo perveneramus, ut θεός fuisse crederemus praeter Bergkium cll θέcφατον Θecπρωτοί Θέδωρoc Θέτιμoc Θέμναcτoc alteram vocalem perisse contendentem (aliter de his nominibus iunctis Io Baunack Curt St X 83, Meyer gr Gr[3] 192). De priore vero vocali eiecta vide ne nihil aliud possis conferre quam Θο- ex inscrr megarr satis recentibus (non ante med saec III exaratis sec Bechtel) Θοκλείδα 3027, 4, Θοκλῆc 3028, 3 Collitz. Quid igitur nobis relinquitur, nisi ut metro ionico in voce θεός variato (— ∪ ⏑ —) θεός legamus cll si non θεόμοροι quod θ(ε)ὸμοροι cecinerit quispiam Pind O III 10, at certe Sem 7, 1. 7 (cll Soph OR 215, El 179, Eur Hipp 476). De pron interr τά; = τί(ν)α; infra § 77.

Nominum propriorum vocalismus utrum ad communem 56
choricae poeseos rationem an ad patrium cuiusque usum exercendus sit non est quod dubites. Nam recognosce quaeso Ἀθάναν audire Minervam in eorum civium choris qui publice Ἀθηνᾶν precantur, aut Ἀλκμεωνίδαc vocari Ἀλκμανίδαc P VII 2: tum cll praesertim quae de Artemide et de Hierone adnotavimus § 34 utrum de Timodemidarum Atheniensium (N II) nomine perspicuo, de Arethusae (P III) nominis terminatione statuendum sit apparebit. Neque enim unquam victoris dialecto patriae Pindarus videtur indulsisse (velut in Neptuni nomine Ποτειδάν O XIII, in auriga Siculo Φίντιc O VI, in terminatione thessalica Ἱπποκλέαc P X), quin doricum simul sermonis colorem quasi extolleret. Minus

etiam me quidem arbitro relinquitur dubitationis in noviciis quibusdam nominum formis expellendis, quas aliquanto posteriores Pindari aetate esse constat, velut ἀμφικτυόνων (P IV 66 omnes libri, N VI 39 et I III+IV 26 *D*), Ὀρχομενός (O XIV, I I), Τροφώνιος (fr 2) cl Boeckhio Staatshaush 1817 II 384 et CIG I p 722ᵃ, Io Schmidt KZ 32, 340 (sed cave nimium tribuas v l O XIV 3 librariorumque διερχομένου Hes fr 65 Rz).

Σεκυώνιοι (inscrr sicyonn 3162. 3167. 3169, arcad 1257, 8, thessal IGA 326 [Cauer² 99]; σεκού[αν]α· σικύα gl Hesych) quando Σικυώνιοι audire coeperint paullo incertius. Nam si modo recte observavit in anathemate Plataeensi Σικυώνιοι esse Fabricius Jahrb arch Inst I 1886, 178 (D L Zeitg 1886, 276), poetis vulgo Σικυών, ut plerisque Graecis σικύα σίκυος melius sonare iam pridem potuisse quis est qui neget? Fuit autem et τᾶς ἱερᾶς Σεκυῶνος nobilitas pugna Plataeensi antiquior (Her V 67, Bethe Theb Heldenl 73. 186) et Pindarus antiquitatis praeter ceteros tenax.

Denique de parallelis quibusdam nominum propriorum formis velut Σαο(κλείδας): Σω(γένης) cf Λαομεδ. (I VI 29): Λαομέδοντα (N III 36), Ὠαρίων (N II 12): Ὠαριώνειος (I III+IV 67), Ἀλκμάων : Ἀλκμάν Alcm 71.25 B⁴ (*Friederich, Engelland* apud nostrates) cum eis quae supra § 27 et infra ad inscr N III adnotavimus eisque quae Kirchhoffio auctore docet Kretschmer gr Vaseninschr 45. De Ξεινοκράτης : Ξενοκράτης I II 36. 14 est quod dubites cl § 4.

57 Κλυταιμήστρα, Ὑπερμήστρα. P XI 17 -μνη- libri omnes, quod vulgo edunt (-μνα- certe scribi oportebat), N X 6 -μη- *B* c lemm et scholl (primus recepit Mommsen), -μνη- *D* c lemm et scholl. Formam in -μήστρα desinentem testantur etymologi nomina illa a verbo μήδομαι derivantes EM 521, 17; v etiam Serv Verg Aen VII 631, Ritschl opp II (1857) 497. 502. 517, qui laudat Scaligerum ad Festum s v Crustumina; de codd latt Fleckeisen fünfzig Artikel 1861 p 13; de Aesch et Soph cod Laur Papageorgius Νέα Ἡμέρα (Triest) 1884 nr 487 (Berl phil Woch 1886, 291); Kretschmer griech Vaseninschr 166, Wilh Schulze GGA 1896, 234.

58 De nasalismo. Nasalis sonus in codicibus perperam additus invenitur: ἀπάλᾰμ[ν]ον O I 59 vett omnes (ex E 597, Pind O II 57), probavit Ty Mommsen suppl 6, πυρπάλᾰμ[ν]ον O X 80 *CFO*; ὀ[μ]βρίμου O IV 6 *CVEIPU*, ὀ[μ]βρίμῳ P IX 27 *PUX* (ὄβρ. *BDEGIV*), recepit Ty Mommsen Boeckhium secutus contra dicente Kaysero Philol XVIII 655 [ὀβρ. praestat pap Bacchyl]; ἁλιπλά[γ]κτου P IV 14 (*C*)*EV* (cf v l Aesch Pers 307, Soph Ai

597); Ἀμῦ[ν]θάν P IV 126 *B*, 'fort recte' Ty Mommsen correptionem ante νθ admissam esse ratus (ut opinor cll eiusdem supplem 6 et 17); ἀ[μ]φίστανται P IV 145 *CDE* all, ἀ[μ]φελεῖν 158 *C*, ἀ[μ]φωνήτῳ 237 *C*, κα[τ]χλάζοισαν O VII 2 *A*, καταπέ[μ]ψαι O I 55 $E^{ac}E^{1}$, Τυ[μ]φῶνος O IV 6 C^{ac}, λά[μ]βρον O VIII 36 duo Thomm, ἔ[μ]πεσ' pro ἔπλεν si recte auguror N VI 51.

Multo saepius omittitur idque variis de causis:

νώνυμ⟨ν⟩ος O X 51 omnes vett, ἔσκηψεν P III 58 *B* all, sed O VI 101 ἀπεσκίφθαι MV^{pc}, σκη- *A*, σκα- N^{ac}, σκαμ- N^{pc}, σκε- *O*, ut dubium videatur, utrum ἀπεσκᾶφθαι (ut σκᾶπτον) an ἀπεσκίμφθαι (CV^{ac} c Vatt) maluerit recensionis Ambrosianae auctor; ἀμφα⟨ν⟩δόν P IX 41 omnes vett (an ex ἀμφᾱδόν parum intellecto? ἀμφαδόν = ἀναφηδόν tuebatur Ty Mommsen), ἔ⟨μ⟩βαλεν O IX 73 Ambrr fere omnes c dett Vatt, ἔ⟨ν⟩δαιεν P IV 184 $BCG^{ac}MV$; ἄ⟨μ⟩φανεν P IV 62 *C*, πε⟨μ⟩φθέν O VIII 44 *C*, σύμπε⟨μ⟩ψον I V 68 *B*, ἀ⟨μ⟩φέποντα P III 108 *UV*; ἐναρί⟨μ⟩βρ. P VI 30 *D* (μ add idem I VIII 53), ἀλεξί⟨μ⟩βρ. N VIII 30 *D* (cf P V 91), πλειστό⟨μ⟩βρ. O VI 69 *B*, ὀπιθό⟨μ⟩βρ. P I 92 E^{a}, δαμασί⟨μ⟩βρ. O IX 79 *E*, φαυσί⟨μ⟩βρ. O VII 39 E^{1}, κυλι⟨ν⟩δέσκοντο P IV 209 *E*, δωδεκάγνα⟨μ⟩πτον O III 33 EN^{ac}, ἀγαφθέ⟨τ⟩κτων O VI 91 *CDE*, παλί⟨τ⟩γλωσσος N I 58 *V*, I VI 24 *B*, παρέπλα⟨τ⟩ξαν O VII 31 *D*, βάρυ⟨ν⟩θε(ν) N VII 43 *D*, φόρμι⟨γ⟩ξ P I 1 *D*. Unde φορμιγκτάς P IV 176 cum Ambrr (*CMV*), ἴυγξεν 237 cum cod *U* (et schol Ambr Theocr VIII 30), ἀμπιμπλάντες N X 57 cum cod *D* reponere non dubitavi.

Παρναccός. In rebus orthographicis quamquam nulla fere librorum mss auctoritas, tamen in Olympicis certe carminibus verae eos scripturae favere notatu dignum videtur: -σσοῦ *ACMOV* + *GPQRU* O IX 43, -σσίᾳ *COVB*^{pc} + *EGHPQRU*. Flagitari autem σσ non solum Herodianus docet (I 209, 20 cll Steph Byz et Suid v Παρνάσσιος), verum etiam inscriptiones: IV saec CIA II 609, 25 (cf Meisterhans^{3} 75), hymn Delphi I 41, II^{b} 6 Crus, manumiss Delphi 1761, 2; 1924, 23; 1978, 13; 1980 Coll; rarissime -σιος exaratur: 2163; 2197 Coll. Cave igitur quidquam tribuas Eustathii testimonio Od p 1872, 52 antiquiores in hoc vocabulo duplici σ usos esse negantis. 59

Κνώσιος. De simplici σ ad O XII 16; pap Bacchyl bis σσ, semel σ habet. 60

νίσομαι. Vera forma simplici σ, quam primus reposuit Bergk^{2}, et Pindari codd optimorum auctoritate (O III 10. 34, VI 99, P V 8, 61

XII 25 [Vatt], N V 37 [vícc. per errorem Bergk]) et inscriptionum fide (BCH XV 1891, 632, hymn delph Π^b 8) satis est stabilita.

62 Verbi κνίζω correptae formae κνῐ̆c- inveniri non videntur ante Aristophanem (vesp 1286, ran 1198). Nam ap Pind aoristi forma κνιξ- P X 60, I V 58, VI 50 est in libris, κνῐ̆c- P X 60 novavit Boeckh, I V 58 Aristarchus, unde P VIII 32, XI 23 in syllaba ancipiti κνιξ- reducere non dubitavi; quamquam κνίcεν (⏑ —) rursus porrexit papyr Bacchyl XVII 8.

63 De librariorum iotacismo non est quod fusius exponam, ut Κάμιρον Χίρων ἔτειcαν μεῖξαι μείχθη invitis libris me edidisse neminem non comprobaturum esse confidam, nisi qui vel orthographicis in rebus librariorum auctoritati superstitiose addictus sit. Nec quod in cretico quodam aevi hellenistici epigrammate Mus Ital III 736 comparuit plane singulare πάντων μάτηρ πιδῐ́κνυτι, tantopere commoveor, ut propterea δείκνυμι μείγνυται (ὀFείγνυμι ap Hom) μέμεικται μεμεῖχθαι μεμειγμένον fuisse praefracte negem. Tamen — ἐξελέγχων μόνος ἀλάθειαν ἐτήτυμον Χρόνος. De νείφοντα I VII 5 restituendo cf Herodn II 554, 11. 779, 6, Io Schmidt Vocalism I 134.

64 ξύν : cύν. Praeter ξυνός, ξυνά(ω)ν, ξυνάορος (semel ludibundus fr 122, 12; cf Boeckh expll 610) Pindarus formas a littera ξ incipientes usurpasse non videtur. Nam ξύγγονος bis ab Erasmo Schmid invectum est metro non cogente N X 40 (cll 4. 10) et XI 12 (prim syst; cf v 1); ξὺν ᾧ ποτε quod est in libris N IV 25 si quis a poeta ut in versus initio praeoptatum esse putaverit (cll Frid Ellendt lex Soph^2 705, Wilh Dindorf lex Aesch 339), videat Pind O I 110, III 35, VI 81. 98, VIII 14, XIII 19. 87, P I 2. 69, IV 203. 221. 260. 267, V 8, IX 2, I III + IV 23, V 21; relinquitur traditum in eodem carm (N IV) 31 ξυνιείc, quod eidem librario (attico?) deberi mihi quidem persuasum est cll et λόγων cυνέμεν κορυφάν P III 80 et v l (Plat codd) fr 105, 1. 214, 1.

65 ἐν(ν)άλιος. ἔν(ν)επον, προcήνεπον. Non casui videtur deberi quod nunquam aut apud Pindarum (syll prima sexies longa, semel, P IV 39, correpta) aut apud atticos poetas in bonis libris scriptum invenitur εἰνάλιος: fuerunt opinor in antiquiore poesi formae aeolicae ἐννάλιος (*ἐνcάλιος) et ἐνάλιος. Nam de consonarum duplicium exprimendarum in inscriptionibus licentia, in libris manu scriptis inconstantia non est quod moneam peritos. ἤνεπον unius codicis *B* auctoritate nititur N X 79 (recepit post Calliergum Bergk), ἔν(ν)επον libris fere consentientibus ubique reposui. προcήνεπε (quod testantur P IV 97 omnes boni praeter

B, IX 29 ad unum omnes [item Bacch XV 9 Ken]) recepi cum Bergkio. De adi ἀργεννόεις ad P IV 8.

κενεFός : κεν(ν)ός. Adiectivi κενός passim tribrevi P uti- 66
tur forma κενεός, bis O II 65 et III 45 bisyllaba, quam κεινός edere solent, paullo confidentius. Nam priore quidem loco vett (intempestiva scilicet aliorum locorum recordatione) κενεάν exhibent, ut, cum κενάν et κεννάν in promptu sint (de syll anc cf eiusdem carminis epod v 5, de forma κεννός Jak Wackernagel KZ 25, 260 ss), cur κεινάν novandum esse videatur parum liqueat; sed altero loco quamquam scholia vetera qui compilavit cum ἑνίους maluisse κεινός statuisset (*A* + *BDEV*), γράφε κεῖνος decrevit (*BCDEV*), de scriptura KEINOC nulla inter grammaticos (τοὺς μεταγραψαμένους) dissensio videtur fuisse. Ego κεννός maluerim, nisi forte ionicum epitriti vice fungi voluit poeta (qua de licentia § 4) κενὸς εἴην scribens. Nam κενFός scripsisse Pindarum, id quod Bergk contendit ad O II 65, eo minus probabile, quod ne pronuntiatum quidem esse ab eo propter infirmiorem intermedii digammatis naturam probari potest.

ἀερύω. Libris O XIII 81 ἀναρύῃ vocabulum atticum ex- 67
hibentibus schol 111 αὐερύῃ (Calliergus, ἀναρύῃ libri) δὲ ἀντὶ τοῦ σφάζῃ, θύῃ laudato A 459 Pindarum scripsisse testatur ἀερύῃ i e ἀ(ν)Fερύῃ, ut κά(τ)πετον O VIII 38, κα(τ)βαίνων Alcm 38 (Hephaest 43, 5 W), vel assimilatione ἀFFέρυσαν, κάππεσον, κάββαλεν ap Hom, καFFάξαις ap Hes opp 666, alia praebent Ahrens d a 213, d d 356, Boisacq diall dorr 123, Usener Götternn 312. Addendum fortasse ἀ(ν)Fαλίσκοισα, quod utrum contrahendum sit (ἀαλίσκοισα, ut ἀερύῃ; cf § 42) necne in medio relinquo P IX 25, nisi forte choriambo epitriti in locum admisso simplex verbum quod Hesychius testatur (F)άλίσκοισα ('omnum quasi rapiens') praeoptaveris.

Accentui proclitico in versus fine locum non esse et per 68
se patet et grammaticorum auctoritate confirmatur: εἰ μέντοι ἐν τέλει στίχου εἴη (ἡ πρόθεσις), ἀναστρέφεται πάντως Herodn I 484, 8. II 50, 30 L. Unde cum recte etiam in lyrico poeta ὕπερ | κρέμασεν O I 57, Αἴγιναν κάτα | σπένδειν (male κατασπένδειν interpr) I VI 8 edidisset Bergk, ceteros locos O IX 17, XIII 112, XIV 9, N V 40, X 31 cur corrigere noluerit nescio; quos correxi monente Jak Wackernagel Beitrr Gr Akzent Basel 1893, 15. Retinui ποτί O X 20 Herodiano ὅτι Δωρική ἐστι πρόθεσις, Δωριεῖς δὲ ἥδονται τῇ ὀξείᾳ, ἡ δὲ ἀναστροφὴ διαλέκτῳ ἐναντία II 198, 5 praecipienti aegre obsecutus; nec coniunctionum accentus ὡς O X 18, ἤ P IX 99, ἀλλά O IX 51 aut ἐπεί O VI 47, N. X 51. 57 deponere ausus

sum. Denique etiam ἐπί τοι O II 90, μετὰ γὰρ P IV 68 simm intacta reliquimus.

69 νὺν. 'Voculam NYN correptam ubi temporis notionem retinet inclinatam fuisse non est verisimile, quamquam grammaticis veteribus ea sententia placuit, fortasse Tyrannione grammatico aliter sentiente, quem constat in Homericis carminibus νὺν et νῦν scripsisse, sed nescimus quid statuerit de locis velut K 105 ὅσα πού νυν ἐέλπεται'. Bergk[4] ad O VII 13; unde καὶ νὺν edidit O III 34, VII 13, X 78, P III 66, IV 42, IX 71, XI 7, N VI 8, τό γε νὺν P XI 44. De Tyrannione: τὸ νῦν ἀντὶ τοῦ δή. διὸ καὶ Τυραννίων ἠξίου ὀξύνειν αὐτό, οὐκ εὖ schol A 421; cf Lehrs qu epp 131.

70 θαμά. De adverbii notione Boeckh n cr 384, Kaibel Soph El p 248. Accentum θαμά, notabilem propter τάχα, diserte testantur Apoll adv 153, 3 RS et Herodn I 488, 16 L. Bergkium[3.4] θαμά = 'frequenter' et θάμα (quod edidit O VII 12, P XII 25, N I 22, II 9, I II 11) = ἅμα (etymologia antiquo etymologo digna) interpretantem fuerunt qui probarent, redarguerunt Ingram (Hermath 1876, 217 ss) et Christ (Jahrbb class Phil 1879, 13). De altero Bergkii invento cάμα (N VII 20, cl gl Hesych Σαμινά· θαμινά, συνεχῶς. Λάκωνες) tacere satius duco.

Ἀμυθάν in libris est P IV 126, Ποσειδάν invitis libris edidi O I 26, VIII 31, IX 31, P VI 51, I VIII 27 sec Herodiani praeceptum II 916, 1 L monente iam Ahrensio dd 246; neque tamen εἵc παίc πάc alia novare ausus sum.

71 πάν. Productionem att·cam πᾶν (ἐc τὸ πᾶν ἐτητύμωc Aesch Ag 681, ἐπεὶ πᾶν ἐcτιν ὁμοῖον Parmen 8, 22 Dls) et ab Homero (scholl Buttm v 31 [πὰν ἦμαρ], Boeckh kl Schr V 334) et a Pindaro abiudicandam esse (O II 85, I III+IV 66 cl Herodn II 12, 22 L) docui BphW 1896, 223; ἢ πάν γ' ὁμοίωc Epich 171, 10 Kaib.

Subiungere placet ἔμπας, ἔμπαν, ἔμπα, quamquam adverbiorum veriloquium in obscuro est: a nomine πάc segreganda censent Ahrens kl Schr I 526, Brugmann gr Gr[2] 224; Attici qua ratione ἔμπᾱc (Aesch suppl 101) aut ἔμπᾰc (choeph 691; Prom 187 Wilamowitz) dicere potuerint, neuter exposuit. In Pindaro ἔμπᾱc satis certum P IV 237, ambigua mensura ἔμπας τιc P IV 86, ἔμπας τὰ Ambrr, ἔμπαν τὰ Vatt V 55, ἔμπαν μεγαλ. (ἔμπας Tricl) N XI 44, trochaica ut videtur ἔμπᾰν N VI 4 (cl 11) X 82 (in carmine trochaeorum levitatibus insigni), O II 57 (coniectura satis incerta); de ἔμπᾰ constare videtur N IV 36 (Apoll Dysc adv 154, 25 RS).

72 πάντωc : παντῶc. Bergk P IV 75 scripsit παντῶc cl

Apoll adv 175, 13 RS; idem non solum ὅπωc (Apoll 173, 9), sed etiam οὕτωc intactum reliquit nec genetivos doricos τουτῶν, παντῶν invehere ausus est. ὅμωc *gleichwohl* et ὁμῶc *gleich* utrum Pindarus iam distinxerit necne dubito, quamquam editores cum libris distinguunt; cf etiam adverbium ὁμοίωc concessivae notioni appropinquans O XI 10.

-oc : -ouc. Sexies in libris quibusdam vetustioribus (O I 53, 73
II 71, N I 24, III 24 [ὑπέροχοc]. 29, X 62 [ἠμένοc in scholl, ἥμενοc in carminis contextu]) scriptum invenitur -oc pro -ouc, bis metro brevem syllabam flagitante (O II 71, N III 29). Sed his ipsis locis, quibus brevis syllaba requiritur, aut codicum auctoritas (O II 71 νᾶcov omnes praeter *G*) aut ambiguo librorum testimonio perspicuitatis ratio singulari numero favet: N III 29 δίκαc ἄωτοc ἐcλὸν αἰνεῖν *BV*^{a}, ἐcλὸc *DV*^{i}; neque refragatur poetae usus (τὸν ἐcλόν I III 7, φίλον . . ., ποτὶ δ' ἐχθρόν P II 84); de nasalismo (-ον αἰνεῖν) cf τὰ μὲν μένων, αἰνῆcαι μενοινῶν, ὄτρυνον νῦν, καί νυν ἐν Πυθῶνί νιν all ap Harre de verb ap P conloc 5. Hermann (opp I 265) et Boeckh (de metr 294, kl Schr V 301—4) in aeolicis q v carminibus correptionem illam, quam immerito aeolicam dicit schol Vat Theocr V 48, admittebant, alii Pindarum modo -oc, modo -ouc, modo -ωc (quod traditur O I 53 κακαγόρωc *E*, N I schol 34 ἐcλώc *B* [30, 9 Ab], N III schol 42 ὑπερόχωc *B*^{le}, N X schol 114 ἡμένωc manifesto errore *B* [315, 2 Ab]) cecinisse arbitrantur. Nobis Pindarus [cum Bacchylide] et severioris Doridis terminationem -ωc sprevisse et a correptione illa perantiqua eaque Theocrito adamata in secunda (-oc) non minus quam in prima (-ac) aut tertia (-ῐc) declinatione videtur abstinuisse Hesiodi ὠκύποδαc λάγοc aut μεταναιέταc non imitatus.

-ινc : ῑc. Accusativos in -ῑc (φάτῑc P III 112) non esse 74
Ionum proprios (Hermann opp I 248; Herodn II 578, 28) lapides testantur Collitz 213, 3 (Lesb); 488, 56 (Orchom); 3591, 11. 21 (Calymn). De πολύc P IV 56; de accusativo φάτῑc (Ty Mommsen) ad O I 28.

-ῑ : -ιδι : -ει. ὄπι edidi O II 6, πόλι P XII 26, ἀκροπόλι 75
O VII 49; cf Greg Cor 311, Λιμνάτι (lac) Collitz 4600, Ἀρτάμι (arg) 3283, Ἀώτι pap Alcm 86, denique dativos homericos Θέτι, κνήcτι, μήτι.

τύ. τίν. τοὶ. τὲ. Traditur τύ (τὺ δὲ) O I 85, P II 57, 76
N V 41, I VII 31, (τὺ γὰρ) P VIII 6; idem (ἀλλὰ τὺ καὶ θυγάτηρ) O X 3, (τύ τοί νιν) P V 6, (τύ τοι cχεθών) VI 19 invehere dubitavi. τίν pro coί edidi fr 79, 3. 155, 2; idem pro

τοι edere nolui P IV 165 (ubi v n cr), qui locus (καί τοι) non multum afuit quin mihi persuaderet a forma coι omnino abhorruisse P, ut πότνιά τοι P IX 55, Παιάν τέ τοι τιμᾷ IV 270, ἔστι τοι τούτων N X 85 restituenda esse viderentur. Neque enim est veri simile quantopere poeta sonos π̄ κ̄ τ̄ δ̄ si non repetere dedita opera studuerit, at certe repeti aequo animo passus sit; qua de re vide prudenter monentem Lehrsium Aristarch² 478, diligenter disserentem Paulum Harre verb P colloc 1867, 10—11. τε pro ce cum optimis utriusque recensionis testibus retinui O I 48, pro κεν particula quam omittunt Ambrr restitui ibid 109; cf Jak Wackernagel indogg Forsch (ed Brugmann et Streitberg) I 367.

77 τά; = τίνα; τά κέ τις κτλ ex O I 82 affert Greg Cor p 212 (cf 236), quam lectionem principibus utriusque recensionis libris (*C*^{ac} et *B*^{1}*A*, τί vulgo; cf Philol 56, 1897, 93) egregrie confirmatam recepit Ty Mommsen paucis probantibus, in quibus Gildersleeve et Ed Boehmer. Mihi grammatici quae de hac forma tradunt ex Herodiano videntur hausisse, qui (I 541, 31 L) ad explicandam formam epicam ἄσσα A 554 ingeniose usus est megarico illo σά μάν; Ar Ach 757. 784 (cf EM 157, 48. 167, 37; Eust II p 148, 38 [Μεγαρικῶς καὶ Δωρικῶς]). De consonantismo (τj : ττ) extra fines atticos obvio dum certiora affirmare liceat cf Meister Diall I 264. 265[1], Boisacq diall dorr 93. Quod vero mirantur uno hoc loco in codicibus nostris comparuisse formam istam: primum quidem pron interr gen neutr plurali numero adhiberi raro potuisse per se patet, deinde formam satis ambiguam non solum obsolevisse paullatim, sed etiam scriptum ubi aliquando fuerit evanuisse nihil habet admirationis. Apud Pindarum equidem alterum invenisse mihi videor formae τά; vestigium quamvis incertum: nobilissimum illud ad solem deficientem hyporchema a verbis Ἀκτὶς ἀελίου τί πολύσκοπε μή(δεαι) incipit sec Dion Halic, quantum vero ex interpretatione armenia colligi licet Ἀ. ἀ. παῖ π. μ. Quid si Ἀκτὶς ἀελίου τά πολύσκοπε μήδεαι; Pindarus scripsit? nam hoc quidem loco pluralis numerus aptissimus.

78 ποὶ : ποὺ. De adverbiorum ποὺ, ποθὶ, ποὶ notione cll formulis epicis Ζεὺς μέν που τόδε οἶδε, οὕτω που Διὶ μέλλει κτλ egregie disputavit Jak Wackernagel KZ 33, 21. Idem Pindaro formam ποι reddidit O III 4, P V 101; quibus adde P II 17 et si me audies fr 107, 5; de O III 38 nott critt. που traditur quattuor locis: καί πού τι O I 28, οὔ τί που οὗτος P IV 87, ὁ μέν που τεοῖς τε P X 11, παθόντες πού τι I II 24, quos locos cum omnes corrigere nefas esse videatur — nam Pindari artem resi-

piunt ut in exclamatione οὔ τί που οὗτος diphthongi iteratae cll ὦ πόποι οἷ' ἀπατᾶται, ita variatae in oratione modesta ὁ μέν που τεοῖς — intactos omnes relinquere satius erit.

νὶν : μὶν. Cum Hermann (1809 opp I 257) Pindaro νιν reddendum esse dubitanter coniecisset, Boeckh (n cr 401. 403, kl Schr V 383) in melioribus libris euphoniae ratione habita modo epicum μιν, modo doricum νιν praeferri observare sibi visus est. Uberioribus copiis usus νιν Pindari esse docuit Ty Mommsen Jahrbb class Phil 83, 1861, 44 ss; de Ambrosianis libris doricae formae faventibus cf supra p 4 ad O II 56. Semel μιν (XI 111), plus vicies νιν exhibet pap Bacchylidea. De (cF)ιν dativo ab Hermanno feliciter recuperato dixi ad P IV 36. 79

ἐμίν, τίν, ἵν. Τινὲς μέντοι ἠξίωσαν τείνειν τὸ ῑ᾽ Apoll pron 82, 8 RS, Pindaro quidem non suffragante; nam I VI 4 τίν primam ionici scandentis syllabam videtur explere. 80

ἔπειτεν. αὖτεν. ὁπότεν. Adverbia in -τα, -τεν, -τε desinentia ad antiquiorem terminationem -ταν revocabat Hugo Weber de part KA 19, et Pindaro ἔπειταν P IV 211, N III 49. 54 (oblitus I VII 20), ὁπόταν vel potius ὅποταν I I 25 reddendum esse coniecit Bergk[3]. ἔπειτεν I VII 20 primus commendavit Pauw (prob Hermann opp I 265 et Boeckh P IV 211, N III 49. 54, I VII 20), a dorica dialecto non abhorrere ex Arist Ach 745 collegit Usener Jahrbb class Phil 117, 1878, 64; idem I VI 5 (αὖτ' ἐν libri) αὖτεν restitui iussit; denique ὁπότεν I I 25 suasit Vogt diss Argentorr IV 244. 81

ἁμᾷ : ἁμᾶ. Adverbiis in ᾷ (ῇ) desinentibus utrum, ut dativis (velut ἰδίᾳ), iota addendum esset necne iam veteres grammatici dissentiebant (schol A 607, Herodn I 489 L). Inter recentiores qui instrumentalem casum odorari sibi videntur, quorum signifer exstitit Georg Curtius (Ber sächs Ges Wiss 1864, 230), eos iota quod passim adscriptum invenitur in titulis antiquissimis (exempla collegerunt Meisterhans[2] 114, Gust Meyer gr Gr[3] 483) aut in libris (cf ΑΜΦΙ pro ΑΜΑΙ N IX 52 *BD*; adde nunc ΠΑΝΤΑΙ pap Bacch V 31, IX 48, XV 44) ad dativam formarum illarum si non naturam, at tamen personam antiquitus indutam referendum esse fateri necesse est. Dativos Pindaro primus reddidit Bergk. 82

De ablativa adverbiorum ὧδε, ὥ(c)τε, οὕτω(c) natura inter omnes constat. De τῶ quod reposui P V 23, I VIII 65 cf Frid Blass ad Bacch XVI (XVII) 39.

ὥτε, ὥcτε. Particulae comparativae forma ὥτε est in libris 83

omnibus N VI 28, VII 62, I III+IV 36 (ubi ἅτε *B*); pro qua vulgaris forma ὥστε irrepsit P X 54 (ὥτε *GI*), P IV 64 (*BU*, ex interpolatione, opinor; nam in plurimis utriusque recensionis libris omittitur), per errorem illata est forma ὡσείτε N VII 71 (e loco simillimo P I 44). Quibus locis omnibus 'doricam' formam (Apoll pron 48, 20 S, schol N VI 47) aut reduxit aut retinuitBoeckh; idem apud infinitivum quod traditum est ὥστε O IX 74, N V 1. 35 50 movere non est ausus: utrumque recte mea quidem sententia, praeterquam quod ὥτε edidit (cf quae ad O II 3 adnotavimus). Neque enim aut comparativae particulae formam N VI, VII, I III variandi causam ullam video, aut fieri potuisse negaverim, ut una cum infinitivi structura plenior forma ὥστε extrinsecus in doricam poesin immigraret; cf. I 42, ρ 21 (Lehrsii Aristarch[2] 157), Hes theog 831, opp 44, Alc 11 B[4].

οὕτωc duobus locis nititur: P IV 11 in fine versus, N XI 42 οὕτωc ἔθνοc (e coni Heynii, οὕτω cθένοc libri), ὥcπερ tribus: O VII 79 (in formula sacrali ὥcπερ θεῷ), P I 91, I VI 47.

84 -αιc : -αc. De suspicione Tychonis Mommsen (Jahrbb class Phil 83, 1861, 40 ss) in participiorum aor I act terminatione quotiens liquida antecesserit consulto -αc a poeta praeoptatum esse opinantis quamquam actum esse arbitror (Peter dial P 58), variam tamen lectionem in app crit silentio praeterire nolui, Boeckhii simul redarguens sententiam (Pind I p XXXII, n cr 360. 398) in Olympicis carminibus quotiens -αιc traditum inveniretur optativum significari dictitantis. Id certe notabile non raro librarios terminatione -αιc pro optativo habita (τὸ εὐκτικὸν ἀντὶ μετοχῆc O I 60 gl *A*) e correctione -αc invexisse, velut O VII 5 *CO*, IX 94 *C*, X 30 *B*, 48 *C*, P I 79 *C*, 81 *C*. Denique moneo -α- ubi stirpem ipsam attingat retineri, velut πᾶc, πᾶca, βάc (cf etiam διδούc P I 57), id quod in ἀπόϜραc P IV 149 solus perspexit, in ἀνδροδάμας N III 39 solus neglexit Bergk.

85 -δάμας. -δᾶμοc. Apud Soph El 857 nunc edunt ἐλπίδων ... εὐπατρίδων pro εὐπατριδᾶν, nomina iuncta in -αc (-ης) desinentia, quae ex femininis pleraque facta esse constat, scilicet ut pro appositione ut ita dicam qualitativa (ὀλυμπιονίκα, εὔπατρις) hominis agentis quasi persona exprimeretur, ad genus fem traduci posse suo iure negantes. Quid vero de ἀνδροδάμαν (τ') Ἐριφύλαν dicamus quod legit schol N IX 16 (266, 10 Ab)? aut de χαλκοδάμαν ἀκόναν quod facile restituas I VI 73 (-δάμαντ' priore loco *B*, altero *BD*)? An casu deberi putas, quod nomina in -δάμης, -δάμην (-αc, -αν) exeuntia tradita non habemus praeter vocativos Aristar-

cheos Πουλυδάμα, Λαοδάμα, genetivum Πουλυδάμα inscr megar II a Chr saec 3021, 26 Coll, accusativos Ἀνδροδάμαν Paus II 12, 6, Σωδάμαν VI 4, 9, (τὸν κύνα) λεοντοδάμαν Luc pro imagg 19? Sequitur ut dativum ἐν γυιοδάμαις I V 59 non cum Boeckhio interpretemur ἐν ἀθληταῖς, sed ab adi γυιόδαμος repetamus subst aliquo abstractae notionis (§ 99) subaudito, nisi forte ἐν γυιοδαμαῖς scribere mavis cll ἐς τὰν οἰκοδομάν tabb Heracl I 146, εἰς τὰν ἀνοικοδομὰν τοῦ τοίχου inscr rhod Cauer del[2] 186. De adi forma feminina γυιοδάμα non erit quod dubites cll θειοδάμη (Ἑκάτη) ap Suidam, Ἰοδάμη, Ἱπποδάμη nomm propr (Konr Zacher Bresl philoll Abh I 86). Videtur autem ἐν γυιοδάμαις idem fere esse quod ἐν τοῖς γυιοβαρέσι καὶ καματώδεσι τοῦ παγκρατίου παλαίσμασιν. Sed ut ad ἀνδροδάμαντ' Ἐριφύλαν et χαλκοδάμαντ' ἀκόναν redeamus, quibus adde fragmentum a Boeckhio certissima emendatione restitutum (frustra obloquente Hermanno opp III 217) ἀνδροδάμαντα . . . ῥιπὰν μελιαδέος οἴνου 166: haec qui sine aurium graecarum offensione dici potuisse negant rogatos velim, num ἀνδροδάμα(ι)σα aut ἀκάμα(ι)σα magis graecum sonare videatur.

-εν : -ειν. Infinitivos in -εν desinentes libri exhibent O I 3 86
(γαρύεν omnes c scholl), III 25 (πορεύεν *A* solus, qui idem in eodem versu solus recte ὥρμα), P IV 56 (ἄγαγεν [sed infin testatur paraphr] *V* c Vatt), 115 (τράφεν omnes c scholl), quos uno loco O III 25 (ubi πορεύεν e coniectura Heynius invexerat) excepto retinere tutius duxit Boeckh in lectionis explicatione parum sibi constans (cf de metr 65, nott cr O III 25, kl Schr V 305); -ειν ubique edidit Christ (cf Sitzgsb bayr Ak 1891, 59). De inscr dorr Ahrens d d 176, Boisacq diall dorr 201, de Hesiodo Rzach praef p VIII. Bacchylidem et -ειν (velut IV 16. 18) et correpta syllaba -εν (XVII 41. 88, XIX 25) cecinisse nuper didicimus. Unde Pindaro N XI 18 μελίζεν ἀοιδαῖς reddere facile animum inducas (μελιζέμεν codd); sed ne nimis cauti simus in contractione admittenda ἀ(F)οιδαῖς, monet eiusdem Bacchylidis Ἀλφειοῦ VI 3 cl Pind O IX 18.

-οντι : οισιν. Inter formas doricas -οντ(ι), aeolicas -οισι(ν) 87
optione data Pindarum si ν paragogico opus esset, -οισιν scripsisse, sin aliter, -οντι praeoptasse Boeckh observavit (n cr 358), sex locis (P VI 13, IX 63, X 43, XII 26, N IX 41, I VI 66) exceptis, quos ad euphonicas quasdam rationes referendos esse statuit vir egregius, quamquam πάντας ἀνθρώπους, φαντὶ δ' ἀνθρώπους, μάντιες ἄνδρες, ἄμμορος ἀμφί, ἔνδον ἐντί similia evitare poeta

operae pretium non duxit; cf quae de κοινωνία : ξυνανία adnotavimus P I 97. Bacchylides in doricis vocabulis παντὶ καρύξοντι λαῷ (XIII 198), πτάσσοντι (V 22), in vulgaribus ἴσχουσι (ibidem 24), οἰκεῦσι (IX) videtur praeoptasse.

88 ἐνεγκ-, ἐνεικ-. Libri consentiunt in ἤνεγκ(ε) O XIII 66, προσενεγκεῖν P IX 36, ἐνεγκών I VIII 21, item in ἔνεικ(ε) O II 79, IX 59, (ἀ)πένεικ(εν) P V 59, ἐνεῖκαι IX 53, discrepant duobus locis: ἔνεγκε *E*, ἔνεικεν *ABCDNV* O III 14, ἔνεγκε *BDE*, ἔνεικε *V* P IX 6; unde in archetypo iam duas fuisse verbi formas colligas. Quarum cum alteram utram uni alicui dialecto vindicare adeo non liceat, ut antiquitus diversae fuisse radices videantur (Brugmann indogg Forsch I 1892, 174), Pindarum aut ex libidine modo hanc modo illam formam praeoptasse arbitrabimur, velut in uno eodemque non solum carmine, verum in eadem etiam versus sede χέρα οἱ προσενεγκεῖν et ποτὶ κᾶπον ἐνεῖκαι, aut constanter eam formam usurpasse, quae antiquiorum poetarum usu quasi sancita esse videretur, ἐνεικ-, quae non epicorum propria est poetarum, verum etiam ex Alcaeo laudatur ap Ath X 430^{c} (οἶνον ἐνεικαμένοις μεθύσθην). Bergkius quidem duobus locis boeoticas formas (Herodn II 374, 21; EM 691, 24. 431, 43) Pindaro obtrudebat nullo quod sciam probante. Fuit etiam, qui dorici poetae esse doceret ἐνέγκαι, librarios autem ut ad Homerica procliviores Pindaro passim imputasse ἐνεῖκαι; quod cur eidem in atticis poetis non fecerint, ut scriberent v c ap Soph ἤνεικα κἀξέσωσα, difficile erit dictu. Facilius equidem atticis librariis ap Pind deberi ἐνεγκ- pro ἐνεικ- mihi persuaderem (ut ἐνεγκέμεν pro ἐνεικέμεν est in quibusdam libris T 194), si modo poetae sermonem ad amussim redigere animum inducere possem.

89 Augmentum syllabicum perperam om: πάθον O II 23 *A*, σφάλε 81 *A* (cl P VIII 15, I III+IV 53), γέραρεν O V 5 Vatt, δώρησαν VI 78 omnes praeter *A*, κέλευσεν VII 64 eidem codd, τέκε VII 74 (ex 71), πράθον I V 36; falso add: ἐφάνη O I 74 *A*, ἐφθέγξατο VI 14 *A*, ἐδέξατο P IV 70 omnes, ἐγίνωσκον 86 *B*, ἔπεφνεν XI 37, ἐπίαναν N IX 23, ἔθηκε X 48, ἔσταξεν 82. Retinui τότ' ἔειπεν c Ambrr P III 40, ut ἄρ' ἔειπεν IV 156, ἀνέειπεν X 9 cll O IV 21, P IV 229, N IX 33. In uno eodemque carmine O III 23. 32 cur δένδρε' ἔθαλλεν et δένδρεσ' θάμβαινε poeta dixisse videatur parum liquet (vel 'diligentius consideranti', Hermann ap Heyn 1817): ἐθάμβαινε correxi, ut nullo non probante ἐθάμβησε Aesch suppl 570 D^{5} Turnebus, item (Bergkio quidem excepto) ἐκαίοντο Pind N X 72 Boeckh.

Augmentum temporale aperte corruptum legitur ἠνίξατο P VIII 40 (corr Boeckh), προσηύδα IV 119 (corr Ahrensio praeeunte Schneidewin); in eodem carmine quod traditur ὄτρυνον 40, ὄρνυεν 170, οἴχοντο 82, Boeckh casu factum censuit, quem sequuntur editores, recte, opinor cll ὦρτο 134, ἀπύκησαν 258, προσήνεπε 97, ἀπέπνευσε 11, ἔειπεν 156. 229, ὑπεχώρησαν 202. Neque enim κρημνοῖσι οἴκει (P III) aut πόλιος οἴκισσεν (I VIII) fuisse aliquando quomodo evinci queat satis assequor, quamquam κατα(F)οίκισθεν certum videtur esse N X 5.

Tribus in verbis a vulgari scribendi ratione discedendum putavi: ἕλπετο P IV 243 (Aristarch P 603, Cauer·proll II 1890 p XVI), ἕρπε fr 79 (μ 395; cf ν 1 λ 580), ἐργασάμαν I II 46 (γ 435; Bruno Keil Ath Mitt 20, 1895, 441).

εἶπον (εἰπόν). Imperativi formam εἰπόν esse tradidit Aelius 90
Dionysius ap Eust β 85 (p 82 Bas), quam O VI 92 recepit Boeckh obloquente Philippo Buttmann Plat diall quatt[5] p 70—73 (cf Boeckh kl Schr V 382). Libri nostri fere conspirant in εἶπον non solum Pind l 1, sed etiam Arist eccl 256, Sim fr 154 B[4], Men fr 891 K (Herodn I 460, 22. 779, 14 L, Choerob 125, 13. 139, 15. 242, 33 Hlg), Theocr 14, 11. Qui ad normam imperativi εἰπέ flagitant εἰπόν (EM 302, 26), Syracusanis quae perhibentur imperativis λάβον, θίγον, ἄνελον redarguuntur. Ceterum nihil profecto obstat, quin εἶπον priori q v aoristo adscribamus cll O VIII 46, N IX 33.

(ἐ)σπέσθαι. Ex quo Bekker in altera Homeri editione 91
(cf Hom Bl I 56 n) formas ἑσποίμην, ἑσπέσθαι, ἑσπόμενος nulla fere mutatione expulit ex epica poesi, exstiterunt qui ultro istas reduplicationes q v invehendas esse arbitrarentur (La Roche ad II E 423, Leeuwen Mnemos 13, 1885, 193 ss, Enchir dict ep 371) aliquatenus praeeunte ut videtur (cll schol K 246 cum schol A 158) Aristarcho. Atque Alexandrinis quidem grammaticis formas illas probatas fuisse luculentissimus testis est Apoll Rhod Γ 35. 615, Δ 434. 1607. Apud Pindarum formae istae quater traditae inveniuntur: ἕσποιτο O IX 83 (ἑπ. *MN*), ἑσπόμενοι O X 78 *BMV* (ἑπ. *ACDENB*[i]), I V 36 *B* (ἑπ. *D*), ἕσπητ(αι) O VIII 11 *GNQU*, ἕσπετ[ο] *ABCE*[ec]*MV*, ἕ]σποι[τ' *D*[iii]; ter per coniecturam illatae: a Moschopulo P X 17, a Pauwio I VI 17, a Christio P IV 40. Sed ut mittamus hoc loco coniecturas: O IX 83 praes temp ad sententiam multo accommodatius, neque offensioni est prima syllaba correpta in metro aeolico (cf eiusdem carm v 58 a brevi syllaba incipientem). O X 78 ἑπόμενοι metro flagitatur. I V 36 πράθον ἑ(σ)πόμενοι ex

ἔπραθον σπόμενοι depravatum esse probabiliter coniecit Bergk[1]; cf § 89. Denique O VIII 11 modum coniunctivum esse necessarium (quae est Breyeri sententia anal Pindd Vrat 1880, 25) vix quisquam contendat cll I V 8, N XI 14. Quae cum ita sint, utrum veram illae formae referant an falsam prae se ferant antiquitatem, equidem eo minus dubito, quod ceterorum poetarum antiquiorum carmina praeclara illa aerugine omnino carent [ÉCΠΕΟ Bacch XI 115 est mod indicativus] atque in iunctis formis (μεταςπόμενος N 567, ἐπιςπόμενον N 495, ἐπιςπέσθαι Ξ 521) ne Homerici quidem libri reduplicationis istius ullum vestigium retinuerunt. · Indicativus ἐπέσποντ(ο) P IV 133 usu Homerico (ἐπέσπον) satis videtur stabiliri. Exspectandum igitur erit La Rochiis, dum μετασεσπόμενος μεθεσπόμενος, ἐσέσποντο εἴσποντο e lacu quodam Aegyptiaco reviviscant.

92 ἔπετον : ἔπεσον. Stirpem πετ- in aor II act et in fut med apud Homerum in πες- abisse vulgo putant, apud Lesbios (ἔπετον Alc 60) et apud Dorienses perstitisse constat. Pindari libri quod modo πετ- exhibent: O VII 69 πετοῖσαι : πεσοῖσαι AN^{ac}, VIII 38 κάπετον : κάππεσον *N*, P V 50 πετόντεσσιν : πεσσόντεσσι *C*, VIII 81 ἔμπετες, N IV 41 πετοῖσαν, modo πες-: O X 98 ἀμφέπεσον, XII 10 ἔπες(σ)εν, P II 41 πεσὼν, VIII 21 ἔπες(σ)ε (οὐχὶ ἔπετε gl *P*), N VI 51 ἔμπες(ε) [corruptum], VII 31 πέσε, I III+IV 41 πέσεν, VIII 6 πέσωμεν, N VII 73 ἐμπεσεῖν, I III+IV 69 συμπεσεῖν, quanam ratione factum sit, adhuc nemo probavit. Tycho enim Mommsen (adn suppl 122) poetam nisi cum famoso illo sigmatis horrore prohibeatur, ad πες- delabi, Herwerden (studd Pind 27) in participio eum, praesertim ἐν Αἰολίδεσσι χορδαῖς (P II), πετ- retinere putat. Sed ne quid dicam gravius, Mommseno refragantur κάπετον, πετόντεσσιν, συμπεσεῖν, Herwerdeno κάπετον et ἔμπετες indicativi, πεσὼν (P II) participium. In vocibus rarioribus aut dialectica forma insignibus (κάπετον, ἔμπετες, πετοῖσαν, -οῖσαι, -όντεσσι) propter felicem quandam librariorum inscitiam quamquam genuinum πετ- fere conservatum esse videtur, corrigendi tamen locos dissentientes periculum aliis permisimus.

93 In verbi genere observando Pindarum id tenuisse, ne medium sua vi umquam careret, recte contra Carolum Friederichs contendit Osk Erdmann de P usu synt Halis 1867, 53—54: δαίονται P III 81 (δαίοντι Ty Mommsen), τέμενος ἔσσασθαι P IV 204, ἀνδριάντα καθέσσασθαι V 42, κρηπῖδα βαλέσθαι P IV 138,

VII 3, κᾶδος θήκασθαι IV 113. Quid vero quod non raro utitur activo, ubi tu attico usu assuetus medium exspectaveris: δρέπειν· ἀντὶ τοῦ δρέπεσθαι passim, ἐδώρησαν (κάρυκα· ἀντὶ τοῦ ἐδωρήσαντο τῷ κήρυκι schol) O VI 78, ἐπαγγέλλοντι (-νται paraphr) P IV 31, ἐπέδειξεν N XI 14, idem fortasse (libris c paraphr medium praeoptantibus) P IV 253, ἀναδῆσαι κόμαν P X 40, τρέψαι O IX 72, κομίζειν O XIII 59, P IV 106, N II 19, ἀγκομίσαι (-μίσαιθ' libri) P IV 9, φέρειν P VIII 38, ἐκκαλεῖν N I 60, κεφαλᾶς βαλεῖν (ἀπώσασθαι paraphr) O I 58, ἔῤῥιψε (ἀπεσείσατο) I VII 44. Unde ὅ σφιν ἐν πόντῳ βάλεν ἁλικίαν cum paraphr edere non dubitavi P I 74 cll πρύμναις Τήλεφος ἔμβαλεν O IX 72, ἐπὶ χώρας αὖτις ἔσσαι P IV 273. Nec mihi persuasit Hermannus τὰ καλὰ ἔργα dicens εὑρέσθαι ἄποινα μόχθων κλυταῖς ἐπέων ἀοιδαῖς N VII 16. Denique de eorum sententia qui θήσονται ἀθάνατον P IX 63 aut θέσσαντο N V 10 ad verbum τίθημι revocant quid nobis iudicandum sit sponte apparet. De medio q v dynamico ad I I 59.

De iteratis apud Pindarum nuper multi multa nugati 94
sunt, quae cum oculis potius quam auribus aut fastidiosis atque insanis potius auribus quam graecis observarint refellere nihil attinet. Sed de sonis quibusdam aut vocibus brevi intervallo iteratis gravissima est quaestio, ad quam absolvendam solido libello opus esse recte dixit Car Lehrs (Aristarch[2] 478), qui et hominum mores et iteratorum genera strenue distinguenda esse primus docuit. 'De verborum ap Pind collocatione' nonnulla sobrie observavit Paulus Harre (Berol 1867), 'de Pindari nomina variandi (imprimis nomina propria dicit) studio' acute disseruit Car Ritter diss Argentorr IX 1885, 239 ss, de appellativis iteratis idem ibidem 282. 289. Rectissime vero *the Greeks have not our dread of repetition* Gildersleeve Pind p 250. 347 (ad P I 78—80, IX 112—114), unde δευτέρῳ : δεύτατα O I 43. 50, μεταβάσοντας : βαίνων P I 52. 55, ἀκοά : ἀκοάν 84. 90, δέκονται : δέδεκται 98. 100, ἱέρεα : ἱεράν IV 5. 6, ταχέες : θᾶσσον (ταχέως : θᾶσσον merito vituperavit Ty Mommsen) 179. 181, γίνεται : γένηται 273. 74, ἐριβρόμου : ἐριβρόμου VI 3. 11, νόῳ : νόῳ 47. 51, μίγεν : συνέμειξαν IX 68. 72, χρόνῳ : χρονίῳ XI 32. 36, φέρειν : φέρειν N III 28. 30, Ἴλου πόλιν : Πριάμου πόλιν VII 30. 35, ἀνδρῶν : ἀνδρῶν VIII 41. 42, ἐν Ἄρει — ἐν Διὸς ὄμβρῳ I V 48. 49, ἀπὸ παγκρατίου — ἀπ' Ἰσθμοῦ I VI 60. 61 alia si non forte temere, at ab imprudente certe poeta secundum eam naturae nostrae legem qua quae diu latuerint semel evocata sponte iterum se offerant admissa esse facile con-

cedas. Sunt tamen quae ad certas quasdam artis sive poeticae sive rhetoricae leges revocanda esse videantur, velut πατρῴαν : πάτρῳ P VI 45. 46, κλεινότερον γάμον : ὠκύτατον γάμον IX 112. 114, ἀπαγέσθαι : ἄγεν 119. 123, γλυκὺν ἑλὼν βίοτον : ἐξαίρετον ἕλε μόχθον II 26. 30, κάμον : καμόντων I 78. 83, νομίζων ἐν Πανελλάνων νόμῳ I II 38. Sed haec quidem hactenus. Plura circumspicienti imprimis audiendus est Diels Parmen (1897) 23.

De casibus eisdem in eodem enuntiato repetitis sunt quae nondum ea qua par est diligentia observata esse videantur.

95 Ac genetivi quidem duplicis alterius ab altero pendentis, velut ὑπὸ Κυλλάνας ὀρέων quod edidimus O VI 77, exempla collegerunt Car Bossler de praep ap P usu (Darmstadt 1862) 76 n et Osk Erdmann de P usu synt (Halis Sax 1867) 27; quibus adde locum coniecturis frustra temptatum θεσπεσία δ' ἐπέων καύχας ἀοιδά i e ὕμνος θεσπέσια ἔπη (I III+IV 57) κομπῶν N IX 7. Alia ratio est eorum genetivorum qui tamquam ἀπὸ κοινοῦ ad idem nomen regens pertinent: κλαῖδες Πειθοῦς φιλοτάτων P IX 39, ἐν βάσσαις Κρονίου Πέλοπος O III 23, Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα P IV 56, νεόκτιστον λίθων βωμοῖο θέναρ 206, quibus collatis et βροτῶν πεῖρας θανάτου tueare O II 30 et Κυράνας γλυκὺν ἀμφὶ κᾶπον Ἀφροδίτας restituas P V 24.

96 Dativos iteratos recensuit Erdmann 29. Omisit exemplum notatu dignissimum προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ τ' ἦλθον τιμαορός Ἰσθμίαισι Λαμπρομάχου μίτραις O IX 83, ubi virgula post τιμαορός inserta sententiae vim et proprietatem pessumdant: 'hospitium virtutemque honorans Isthmias Lampromachi taenias honoratum eo'.

97 Venio ad nominativos similem in modum duplicatos: τό (scil τὸ κοιλόπεδον νάπος) σφ' ἔχει κυπαρίσσινον μέλαθρον P V 39, latine: 'vallis continet armamenta illa thesauro cupressino', vel 'in valle continet thesaurus'. Quid quod duos diversi numeri copulatos invenimus nominativos? ὕμνοι ... ἀρχὰ τέλλεται O XI 4 atque audacius etiam φάτις ... ἐξαπατῶντι μῦθοι O I 28: *und manches fälscht wohl auch der Menschen Rede in Märchengestalt weit über die Wahrheit mit schillernden Lügen geziert;* nec tamen insolentius hoc quam τὰ δ' αἵματ' ἐκποθέντ' ὑπὸ χθονὸς τροφοῦ τίτας φόνος πέπηγεν οὐ διαρρύδαν Aesch choeph 66 aut τὸ δὲ κατατέγασμα τῆς ὀροφῆς ἄλλος ἐπίκειται λίθος Herod II 155.

98 Accusativi duplicis is usus est tritissimus, quo duo obiecta, καθ' ὅλον καὶ κατὰ μέρος, personale reale, externum internum copulari dicuntur; in quibus quam facile falsa quaedam appositionis

species exoriatur intelleges O VII 16, P IX 4, I III 7, III+IV 61—2 inter se collatis. Duos accusativos locales habes δόμους ... ἦλθε τὰν πυροφόρον Λιβύαν I III+IV 70. Immerito offendunt in structura elegantissime variata ἐκράτησε δὲ καί ποθ' Ἕλλανα στρατὸν Πυθῶνι, τύχᾳ τε μολών Καὶ τὸν Ἰσθμοῖ καὶ Νεμέᾳ στέφανον N X 25. Notabilis videtur locus a Meinekio felicissime restitutus διὰ γαῖαν ... δασσάμενοι ... μοίρας O VII 75. Singulare est casu magis, opinor, quam propter sermonis graeci naturam οὐδέ νίν ποτε φόβος ἔπαυσεν ἀκμὰν φρενῶν N III 39. Neque audacius εὐδίαν δς μετὰ χειμέριον ὄμβρον τεὰν καταιθύσσει μάκαιραν ἑστίαν iungi videbuntur P V 10 cll παραίθυξε θόρυβον O X 73 et νῶτον καταίθυσσον (κομᾶν πλόκαμοι) P IV 83. Tum ἔνθα νιν ... θεὸν δέκονται N V 38 equidem θεὸν δέκονται (hymnis scilicet vocativis sive reductoriis; cf Welcker ap Dissen expll 399) artius coniungere quam cll exemplis epicis, ut Hermann et Dissen, aut Pindaricis ὁ δὲ ... Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς, ὁ δὲ ... Διὸς ἄλκιμος υἱός appositionem statuere malim. In nominum genere parum exaequato ne offendas τόδε ... ὁδόν N VII 50 (cl Pauwii emendatione ταῦτα ... ὁδόν N VI 53), recordere ἂν (ἄταν) ... λίθον O I 58, ἄν τε (νεφέλαν) δόλον P II 39; quem item ad generis diversitatem referunt locum N V 43 μεταΐξαντα (scil σέ) ... μάτρως ἀγάλλει ... ἔθνος ita potius enodaverim, ut μεταΐξαντα Πυθέαν ἀγάλλων ἔθνος Αἰακιδᾶν ἀγάλλει exponendum esse dicam. De P I 67, V 98, N XI 11, I II 12, V 46, VII 22 dixi in notis criticis.

Adiectivorum quorundam fem gen accusativos, velut γλυκυ- 99
τέραν (κλέΐξιν si ficto vocabulo uti licet) κλεΐξειν O I 109, ἄλλαν ἐπ' ἄλλᾳ (εὐτυχίαν) εὐτυχέων VII 82, τρεῖς (στεφανώσεις) στεφανωσάμενος N VI 20, recte interpretabere, si non solum ἐσχατιὰν στείχειν, verum etiam θερείαις (*πλεύσειν) I II 41, γυιοδάμαις (παγκρατίου μηχαναῖς § 85) V 59, δαιμονίᾳ (τύχῃ) O IX 110 conferuleris Hauptio (opp II 300), Wilamowitzio (ad Eur Herc 681), Usenero (Götternamen 374) auctoribus.

Pindaro Musarum sacerdoti Apollineo ab Ionum levitate quam 100
maxime abhorrenti, παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων laudanti formulas epicas parum gratas fuisse consentaneum est. Quid quod lyrici ille poetae ius ac libertatem tam acriter tutatus est, ut tritis illis locutionibus rarissime adhibitis (velut δυσμενέων ἀνδρῶν, κλέος ἑσλόν, ὑπὸ κεύθεσι γαίας, ἐπὶ ῥηγμῖνι, λιπαρῶ γήραϊ, πολέμοιο νέφος) memorias Homericas pro virili parte oblitterare studeret vocabula aut novando aut novum in modum inter se iungendo, ἑσσομένοισιν ἀοιδή : λοιποῖς ἀθύρειν, (οὐ) κατὰ μοῖραν : κατὰ (μὴ

παρὰ) καιρόν, θεσπεσίᾳ : δαιμονίᾳ, νεφεληγερέτης : ὀρσινεφής et πολυνεφέλας, τέλος θανάτοιο κιχάνω : θανάτου πέρας νέομαι, ὄψεαι ἣν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ : ὥστ' ἔμφρονι δεῖξαι (O IX 74) ubi v nott cr. Denique ἀμφότερον μάντις (vel βασιλεύς) τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής : ἀμφότερον μάντιν τ' ἀγαθόν (Adrasti vox quaedam antiquitus tradita laudatur) καὶ δουρὶ μάρνασθαι propterea afferro quod fuere qui inconcinnitatem Cornelio Tacito non indignam καὶ δουρὶ μάχεσθαι (scil ἀγαθός) iam epico poetae imputarent; similia his tetigi Zeitschr Gymnasialw 1885 Jahresbb XI 342[2]. Absurdum scholiastae Aesch Prom 351 commentum e Pind P I 16—17 versum Hesiodeum effingentis explosit Wilh Schulze qu epp 154, 1. Denique notatu dignum videtur Pindarum et vocabula compingendi audacia et coloris epici patientia a Bacchylide superari.

III

DE FASTIS PANHELLENICIS

Olympiades numerantur ab anno a Chr n 776 (Euseb chron I 194, II 79 S, S Iulius Afr 3 R). Quinto quoque anno ludos per quinque dies circa plenilunium celebratos esse Pindarus ipse testatur*). De anni tempore tria in scholiis Pindaricis exstant testimonia. Quorum primum habes schol Ambr O III 35: διχόμηνις· διχόμηνις ⟨ὅτι add Drachmann⟩ περὶ τὴν ις' πανσελήνου (-νης *A*) οὔσης ἄγεται τὰ Ὀλύμπια, τουτέστι νουμηνίᾳ Παρθενίου (παρθν') ἢ Ἀπολλωνίου (ἀπολλῶ) μηνὸς (μήν *A*), παρ' Αἰγυπτίοις Θὼθ ἢ Μεσωριῶν (-ίων *A*). Parthenius et Apollonius quibus mensibus atticis respondeant ignoramus; id constat mensium ordinem esse inversum, nam Μεσωρί, sive de Aegyptiorum vago qui vocatur anno cogitas, sive — quod fortasse praestat — de fastis Alexandrinis, alterum illum mensem antecedit. Sed videamus alterum testimonium, scholl Vatt O III 35: γίνεται δὲ ὁ ἀγὼν ποτὲ μὲν διὰ τεσσαράκοντα ἐννέα μηνῶν, ποτὲ δὲ διὰ πεντήκοντα, ὅθεν καὶ ποτὲ μὲν τῷ Ἀπολλωνίῳ μηνί, ποτὲ δὲ τῷ Παρθενίῳ ἐπιτελεῖται. Et diem XVI et menses L confirmat Bacchylides

*) πενταετηρίδα O III 21, διχόμηνις — Μήνα 19, πεμπαμέροις ἀμίλλαις O V 6; cf Paus V 9. 3, schol Pind O III 33, V 8. 14.

(Ὦ λιπαρὰ θύγατερ Χρόνου τε καὶ Νυκτός, σὲ πεντήκοντα μ[ῆνες?] ἑκκαιδεκάταν ἐν Ὀλυμπίᾳ ... VII 1, Jebb ap Kenyonem, de Wilamowitz GGA 1898, 130). Tertium est testimonium reconditioris doctrinae plenum (ap schol Ambr O III 33): περὶ τοῦ χρόνου, καθ' ὃν ἄγεται τὰ Ὀλύμπια καθ' ἑκάστην Ὀλυμπιάδα, καὶ Κώμαρχος (Maur Schmidt Philol I 644, de Wilamowitz ind Gott 1889/90 p 10, κωμ῀ *A*) ὁ τὰ περὶ Ἠλείων (Boeckh, περικλείων *A*) συντάξας (Boeckh, συγκατάξας *A*) φησὶν οὕτως· πρῶτον μὲν οὖν παντὸς περίοδον συνέθηκαν (Aug Mommsen Zeit d Ol 1891, 8, -κεν *A*) ,βϡκβ′ ἡμερῶν (ἐν τῇ ἡμέρᾳ *A*)*), ἄρχειν (ἧς ἄρχειν Aug Mommsen l c, ὧν ἄρχειν Unger Zeitrechn² 1892, 773) νουμηνίαν μηνός, ὃς Βωθύσιος (?, Θωσυθιὰς *A*, Διόσθυος Boeckh [= *Zeus Stürmer* Usener Götternn 43. 70], Θῶος ἢ Θυῖος Latischew ap Ern Bischoff Leipz Stud VII 347) ἐν Ἥλιδι ὀνομάζεται, περὶ ὃν**) τροπαὶ ἡλίου γίνονται χειμεριναί. καὶ τ⟨ὰ μὲν⟩ πρῶτα***) (καὶ πᾶ *A*) Ὀλύμπια ἄγεται η′ μηνί, ⟨τὰ δὲ δεύτερα θ′ μηνί·†)⟩ ἑνὸς δὲ ὄντος διαφερόντων (corrupta) τῇ ὥρᾳ, τὰ μὲν ἀρχομένης (ἀρχομ^{ην}′ *A*, ἀρχομένης primus scripsit Aug Mommsen l c 15, ἀρχόμενα vulgo sec apogr Red) τῆς ὀπώρας, τὰ δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἀρκτοῦρον. ὅτι δὲ ⟨πανσελήνῳ⟩ (καὶ *A*, compendio aliquo male intellecto?) ἄγεται ὁ ἀγών, καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος μαρτυρεῖ. Quae singillatim persequi non est huius loci; id sponte intellegitur duabus rationibus definiri tempus Olym-

*) Cf quae Geminus (ex Eratosth de octaeter sumpta quae videntur) tradit (Isagog Phaenom VIII 27 Manit): πρώτην δὲ συνεστήσαντο (οἱ ἀρχαῖοι scil) τὴν περίοδον τῆς ὀκταετηρίδος, ἥτις περιέχει μὲν μῆνας ϙθ′, ἐν οἷς ἐμβολίμους γ′, ἡμέρας δὲ ,βϡκβ′, ἔτη δὲ η′. Subtilioris illius CLX (i e vicies octonorum) aut CLII (i e octies undevicenorum) annorum periodi usum antiquiori quidem aetati vix recte quisquam imputabit. 'Prisci' enim Graeci id potissimum spectantes, ut menses cum Lunae cursu congruerent, hic illic diem intercalare ac saeculis aliquot peractis anni tempora corrigentes hic illic mensem non intercalare videntur satis habuisse. De tumultuaria quadam intercalandi ratione cf etiam Br Keil Herm 29 (1894) 342 ss.

**) Coniciat quispiam περὶ ἣν (scil νουμηνίαν), ut planius significetur postbrumale si non anni, at certe octaeteridis Eleae initium. Nam si περὶ ὃν interpretabere 'quem in mensem incidat bruma', non solum earum periodorum, quae postsolstitiale habent initium, similitudo relinquenda, sed etiam ad decimum (pro octavo ⟨aut nono⟩ Comarchi) mensem descendere necesse erit, ut et Alexandrinorum mensem Thoth et Arcturi ortum (utique post Id Sept ponendum; cf Ideler Handb I 247, Aug Mommsen l c 13) Olympia attingant.

***) Cf δεῖ δὲ τὸ πρότερον δεύτερον ποιεῖν καὶ τὸ δεύτερον πρῶτον schol O III 33 § 1.

†) Si quis πᾶ intellegere malit πάλαι vel πάντως, 'octavum mensem' pro nomine proprio accipiat; cetera quomodo expediat ipse videat.

piorum, primum lunari, deinde (a Comarcho, ut nihil decernam de eo, qui Mesori et Thoth menses attulit) solari aut siderea quam vocant. Iam siquidem (sec Geminum VIII 33 Manit) τοὺς ἐμβολίμους μῆνας ἔταξαν ἄγεσθαι ἐν τῷ τρίτῳ ἔτει καὶ πέμπτῳ καὶ ὀγδόῳ, δύο μὲν μῆνας μεταξὺ δύο ἐτῶν πιπτόντων, ἕνα δὲ μεταξὺ ἑνὸς ἐνιαυτοῦ ἀγομένου*), intercalari mense post sextum, ut assolet, anni vulgaris mensem inserto, uniuscuiusque octaeteridis priorem olympiadem ab antecedenti mensium XLIX, ab insequenti mensium L spatio fuisse disiunctam, ac priorem (eamque imparibus numeris numeratam) in alterum, posteriorem (eamque paribus) in tertium a solstitio plenilunium incidisse consentaneum est.**) Ultima Comarchi verba (τὰ μὲν ἀρχομένης τῆς ὀπώρας, τὰ δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν ἀρκτοῦρον) non ad singulas octaeterides, sed ad spatia longe maiora referantur propterea est necesse, quod pleniluniis Olympia obtemperant.

Quarto testimonio (schol Plat Phaedr 236^{b}), quod emendavit Unger***) scribens τὰ Ὀλύμπια καὶ ἀγὼν πενταετηρικὸς Μεταγειτνιῶνος (Μουνιχιῶνος vulgo) μηνὸς ἤγετο τῷ Διί, aut prioris tantum olympiadis, aut frequentius Olympiorum tempus secundum recentiores fastos atticos circumscribitur.

'Mensis Olympici' (IGA 116, 11. 119, 2) qui Eleorum fastorum octavus fuisse et fastorum nescio quorum mensibus aut Apollonio aut Parthenio respondisse traditur, nomen proprium si quod fuit ignoratur. Quae utcunque se habent, verissime videtur Boeckhius coniecisse (a 1818, kl Schr V 198) omnes mercatus panhellenicos prisca illa octo annorum periodo fuisse constitutos. Quam ad periodum etiam Pythiorum origines et 47. et 49. olympiadi adsignatas pertinere cum olim negasset vir egregius, post recte videtur perspexisse (vide Eichholtzii notulam V 199). Pythicae enim octaeteridis etiam ab Atheniensibus diu religiose observatae nunc gravissimum habemus testimonium CIA II 2 nr 985 p 432 (cf Aug Mommsen Delph 125, ap Bursianum 1886° 317).

Boeckh p 12 "Pythiades quando exordium ceperint, non satis constat: nam iam veteres inter se dissentiunt: auctor annalium Pariorum

---

*) Verbis μεταξὺ πίπτειν et μεταξὺ ἄγεσθαι temporis intervalla significari videntur, nullo sane discrimine; nisi forte ἀγομένους corrigendum est.

**) Cf Henr Nissen Rhein Mus 40 (1885) 351. De Olympiis apud rerum scriptores obviis vide imprimis Augustum Mommsen l c 54—100.

***) qui primus nostra aetate quaestionem de Olympiorum tempore aggressus est Phil 33 (1874) 229.

dicit archonte Athenis Simone ol 47, 3 vel ol 47, 2 ἀγῶνα χρηματίτην instauratum esse, postea archonte Damasia (Δαμασίου τοῦ δευτέρου) ol 49, 3 στεφανίτην ἀγῶνα institutum esse: ab utro certamine pythiades computandae sint, non addit. Contra Pausanias (X 7, 3) dicit ol 48, 3 primum ἀγῶνα χρηματίτην, deinde quadriennio post στεφανίτην actum esse, et ab ol 48, 3 iam pythiadas computat. Scholiastae denique Pindari quae de originibus solennitatis memoriae prodiderunt, fere consentiunt cum annalibus Pariis, nam χρηματίτην ἀγῶνα tradunt archonte Simonide vel Simone, sex (vel etiam pluribus) annis post institutum esse, στεφανίτην archonte Damasia*): singulas autem pythiadas quando cum olympiadibus componunt, ordiuntur ab ol 49, 3, qui annus haud dubie est Damasiae ar|chontis, quo anno primum στεφανίτης ἀγών Bergk⁴ p 13 actus est. Iam Boeckh**) uni Pausaniae fidem habendam esse censet, neque tamen numeros corrigendos esse in scholiis Pindaricis, sed errasse veteres interpretes in comparandis olympiadibus et pythiadibus; itaque Boeckh singula pythia carmina Pindari quadriennio prius scripta esse statuit, quam veteres grammatici testificantur. At ipsa quidem carmina scholiastarum rationes potius confirmant, neque reprehendendi, qui pythiadum computationem a ludo coronario ordiebantur, quemadmodum veteres Pindari interpretes, cum Pausanias initium fecerit a certamine aerario, quod illis praeter ordinem celebratum esse visum est. Et Pindari quidem interpretes videntur Aristotelis auctoritatem sequi, unde etiam is, qui annales Parios composuit, pendet: Pausanias autem alium quem auctorem recentiorem secutus est, siquidem alia praeterea memorat, quae in Aristotelis libro nondum poterant prodi. Omnes testes con-

---

*) „Damasias archon non est diversus a Damasia, quem Parii annales secundum appellant: nam prior ad tempora antiquiora referendus est, ol 35, 2 summo apud Athenienses functus magistratu, vid Dionys Hal antiq III 36." [De Damasia altero novum habemus Aristotelis testimonium πολ Ἀθ c 13: Σόλωνος ἀποδημήσαντος ἔτι τῆς πόλεως τεταραγμένης, ἐπὶ μὲν ἔτη τέτταρα διῆγον ἐν ἡσυχίᾳ· τῷ δὲ πέμπτῳ μετὰ τὴν Σόλωνος ἀρχὴν (590/89) οὐ κατέστησαν ἄρχοντα διὰ τὴν στάσιν, καὶ πάλιν ἔτει πέμπτῳ (586/5) ⟨διὰ⟩ τὴν αὐτὴν αἰτίαν ἀναρχίαν ἐποίησαν. μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τῶν αὐτῶν χρόνων (i e πάλιν ἔτει πέμπτῳ, 582/1; Philol 58, 720) Δαμασίας αἱρεθεὶς ἄρχων ἔτη δύο καὶ δύο μῆνας ἦρξεν, ἕως ἐξηλάθη βίᾳ τῆς ἀρχῆς. Quocum optime convenit Marmor Parium recte intellectum, ut Simonidis annus HH(H)ΔΔΠΙΙ + 264 = 591/0 = ol 47, 2, Damasiae HHH!ΔΠΙΙΙ (sec Seldeni a 1676 lectionem) + 264 = 582/1 = ol 49, 3 evadat. Qui factum esse videatur, ut ol 47 pythias non suo anno (3), sed superiori (2) adscriberetur, infra docui p 50³.]

**) [expll 206. 224, praeeunte Wilhelmo de Humboldt, contradicente Bergkio iam a 1859 Philol 14, 184.]

sentiunt Crisa urbe capta exuviis bellicis Amphictionas usos esse ad victores certaminis pythici honorandos, tunc primum ludis gymnicis additis certamini musico, quod antiquo more nono quoque anno indicere soliti erant: sed de tempore huius aerarii certaminis dissentiunt. Item omnes consentiunt coronarium ludum primum institutum esse ol 49, 3 equestri certamine gymnicis ludis et musicis commissionibus addito. Origines certaminis pythici instaurati arcta necessitudine cum belli sacri memoria coniunctae sunt. Iam, quamvis arduum sit opus Graecarum rerum annales restituere, tamen non dubito fidem annalibus Pariis et Pindari scholiastis habere potius, quam Pausaniae: illi enim Aristotelem locupletissimum auctorem sequuntur. Bellum sacrum diuturnum fuit: nam Crisa urbe post decimum annum excisa*) sex praeterea anni reliquiis belli conficiendis consumpti sunt. Exarsit hoc bellum, cuius auctor fuit Solon (vid [Aeschin III 108] Aristotel ap Plut Sol c 11) circa ol 45 1, siquidem Alcmaeon dux copiarum Atheniensium initio belli fuit, non ita multo post cum gentilibus suis in exilium pulsus propter Cylonei sceleris memoriam, cum factionum dissidia graviter agitarent Atticam civitatem, quam postquam ol 46, 1 Epimenides**) lustravit, Solon ol 46, 3 leges suas tulit. Iam Crisa urbe capta
Bergk⁴ p 14 circa ol 47, 3 celebratus est ἀγὼν | χρηματίτης.***) Cum fugitivi inviis locis fortiter se defendentes sexto demum anno debellati essent, et non ita multo post iterum instaret pythias ennaeteris†),

---

*) "Aristotelis auditor Callisthenes (Athen XIII 560 c) δεκαετῆ πόλεμον testatur, quem Crisa capta compositum esse statuit: quo testimonio nonnulli abusi Amphictionas iam quarto anno hac urbe potitos esse censuerunt" [cf etiam Hugo Landwehr Philol Suppl V 1884, 108, de Wilamowitz Aristot u Ath I 10 ss].

**) [Töpffer Att Geneal 140 ss, Diels Sitzungsb preuss Ak 1891, 388, Rohde Psyche² II 98.]

***) [Quoniam a 590 (ol 47, 3) Athenienses archonte caruisse ex Aristotele cognovimus, quae illo anno facta erant, ad fastorum Atticorum rationem nisi aut superioris aut insequentis archontis nomine definiri non potuisse consentaneum est. Quo factum esse credo, ut Pythia suo anno celebrata perperam superiori anno (arch Simon ol 47, 2) adscriberentur.]

†) "Hypoth Pind Pyth § 2 Boe μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ καταγωνισαμένων τῶν μετὰ τοῦ Ἱππίου τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Κιρραίων [ol 49, 1 vel 48, 4], ἐπὶ μὲν Ἀθήνηςιν ἄρχοντος Δαμασίου, ἐν δὲ Δελφοῖς Διοδώρου, ὕστερον [ol 49, 3] καὶ στεφανίτην ἔθεντο κατορθώσαντες. Ubi voce ὕστερον designatur biennium [vel triennium], quod post belli exitum ante primum certamen coronarium transactum est." [Quod alter scholiasta (§ 4 Boe) ita interpretatus, ut ἑξαετῆ χρόνον non solum ad καταγωνισαμένων, sed etiam ad ἔθεντο referret, omisso ὕστερον in artius coëgit: καὶ ἔτει ἕκτῳ μετὰ τὴν Κίρρας ἅλωσιν ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην ἐπὶ Διοδώρου μὲν ἄρχοντος Δελφοῖς, Ἀθήνηςι δὲ Δαμάσιδος. Sed plura

ol 49, 3 coronarium certamen institutum*) et lege sancitum est, ut deinceps Pythia quinto quoque anno agerentur: ab hoc igitur anno iure pythiades computantur. Tenuit hoc Aristoteles in ἀναγραφῇ Πυθιονικῶν, quem sequuntur veteres Pindari interpretes. Alii vero, ut pythiadum origines altius repeterent, ordiuntur a certamine aerario, idque pro arbitrio rerum gestarum ordine neglecto ex ol 47, 3 transtulerunt in ol 48, 3, ut inter aerarium et coronarium certamen non ennaeteris, sed pentaeteris esset interiecta. Hanc computationem praeoptavit Pausanias."

Post egregiam Bergkii disputationem paucis ut comprehendam quae de Pythiorum origine pythiadumque initio aut pro certo affirmari aut aliqua cum probabilitate autumari posse videantur: antiquitus Delphis musica certamina acta, tum Cirrhaeorum opibus fractis gymnica addita, postremo curulia instituta simul et coronarum praemia proposita esse inter omnes fere constat. De annis videntur dissentire, nisi quod coronarium certamen ol 49, 3 = 582 Damasia Athenis archonte instauratum esse uno quasi ore profitentur; nam anno 586 commissum esse si quis ex altero argum Pyth scholiasta (v supra p 50 n †)) elicere volet, quicunque sunt huius rei testes ad unum omnes habebit repugnantes: Marmoris Parii auctorem, priorem Pindari scholiastam, Pausaniam, denique alterum scholiastam ipsum quoque de Damasiae anno verba facientem. Nec magis probabile gymnicum (idque argentarium) certamen actum esse illo anno 586 (post celeberrimos illos ludos ab Eurylocho Cirrha capta institutos scilicet alterum!), quod qui solus tradit Pausanias ipse unum tantum certamen ante Damasiae annum fuisse paullo splendidius adornatum agnoscit. Sed de anno 586 actum esse iam ne ii quidem negant qui Pausaniae obsecuti alteram pythiadem in ol 49, 3 incidisse putant. Videamus igitur quid de

---

insunt in hoc scholio (Damasis pro Damasia, Simon pro Simonide, χρηματικός pro χρηματίτης, vicini vexati pro peregrinis qui loca sacra accederent interceptis, ut nihil dicam de Hippia legato ad Cirrhaeorum reliquias coercendas atque perdomandas post ludos indictos editos peractos emisso), quae deteriorem fontem resipiant, ut vix quemquam fore putem, qui aut certamen ab Eurylocho Cirrha capta institutum aut Damasiae annum ad huius grammatici quam ad Aristotelis et Marmoris Parii rationes definire malit.]

*) "Huic eidem anno quo Damasias Athenis archon fuit adscripsit Demetrius Phalereus septem sapientes (Diog L I 22), non alio opinor usus argumento, quam quod illo anno solis defectum, quem Thales praedixisse ferebatur, accidisse censebat, Eudemi Rhodii ut videtur rationes secutus. Hinc Syncellus solis defectionem, Isthmia et Pythia instaurata, septem sapientes deinceps recenset; nam chronographorum veterum turbas nihil moror." [Euseb chron p 94—95 S, de Wilamowitz Arist u Ath I 11.]

Pausaniae illa 'altera pythiade' (X 7) iudicandum sit. Quam et Bergk et qui eum impugnabat Leop Schmidt (v infra ad inscr P I) ad ancipitem quasi numerandi rationem referebat. Sed cum in tali re ullam obtinuisse ambiguitatem parum probabile sit, Pausaniam crediderim illud δευτέρᾳ πυθιάδι ex auctore aliquo rem fusius paullo exponente (v c ὅτε πάλιν ἐτέθη ὁ Πυθικὸς ἀγών, cl MP ep 38) infeliciter expressisse, tum et quae de superioris pythiadis tempore (ol 48 ἦν Γλαυκίας [Γλύκων Afr] ὁ Κροτωνιάτης ἐνίκησε) et quae de pyth 23 tradit Demareti victoria Olympica (priore videlicet cl VI 10, 4) quinque olympiadibus posteriore (Polemonis opinor Eliacis inspectis) suo Marte addidisse. Itaque cum pro 'certamine denuo instaurato' intellexisset 'certaminum pentetericorum alterum', necessario factum est, ut primos illos ludos gymnicos adscriberet ol 48, 3 pythiadumque chorum quasi ducere iuberet inscius atque invitus fidem abrogans testimonio fide dignissimo schol inscr P III (v infra), qui diligentius quam elegantius rem exponens ab anno 582 (ol 49, 3) pythiades numerari coeptas esse docet.

Qui pythiadum computus quomodo carminum Pindaricorum rationibus confirmetur exponere non est huius loci; sed v quae infra ad carmm inscrr adnotavimus. De carm P VII Wilamowitz Aristot u Ath II 323.

"Agebantur Pythia tertio quoque olympiadis anno aestate vergente, mense Delphorum Bucatio, quem tituli recens reperti docuerunt secundum mensem anni Delphici fuisse, ut cum Atticorum Metagitnione sit componendus."*)

Isthmiadum initium ol 49, 4 adscribitur ab Hieronymo, ol 50, 1 ab Eusebio sec vers armeniam (p 94—95 Sch). Verum altius repetendam esse Isthmiorum originem Solinus testis est ludos per Cypselum tyrannum intermissos, a Corinthiis ol 49 sollemnitati pristinae redditos dicens (VII 14 p 57—58 M²); id quod confirmatur Solonis lege (Plut Sol 23), qua Isthmionicis et Olympionicis praemia decernuntur, ut Pythiis antiquiora esse appareat. Illud quidem veri simile, numerandi Isthmiades initium fecisse Corinthios ol 49, 4, i e a prima post libertatem recuparatam Isthmiade celebrata, primo anno post Pythia denuo instaurata.

Tertio quoque anno Isthmia acta esse Pindarus ipse testatur ταυροφόνῳ τριετηρίδι N VI 40, olympiadum secundo quoque et rursus quarto quoque anno, verno tempore post Grotium (hist of

*) [CIA II 545, 45. 551, 53, inscr delph 2075 Collitz; cf Aug Mommsen Delph 157—161.]

Greece IX 477) evicit Unger (Phil 37, 1877, 1—42); et verno tempore Bergk[4] add corr p 483*) collegit e schol Pind N III 147 (p 110 Ab), unde appareret inter Megarensium ludos Pythios (sic recte cod *V*, προ[άγεται] omisso nomine *BD*, Διοκλεῖα voluit Bergk) et Epidauriorum Asclepieos incidisse Isthmia: τὰ Μεγαρικὰ (em Boeckh, Διοκλεῖα subaudiens expll 176, μέγαρα codd) δὲ Πύθια ἄγεται εὐθέως ἔαρος ἀρχομένου.

Nemeaeum certamen primum actum esse ol 51, 4. 573 Eusebius (sec vers armen), ol 52, 1 Hieronymus auctor est (p 94—95 S). καὶ ἔστι τριετὴς (ἀγὼν) τελούμενος μηνὶ Πανέμῳ ὀκτωκαιδεκάτῃ (omnes ut videntur codd hyp Pind Nem § 4 p 11, 13 Ab, item § 5 p 13, 7 Ab *DV* cum recc [om *B*], ubi e deterioribus libris tres *TUZ* numerum ιβ′ exhibent, utroque loco ιβ′ ed Rom). Confirmare diem XVIII videtur schol Pind O VII 147 de Rhodiorum Ἁλιείοις dicens τελεῖται μηνὸς Γορπιαίου εἰκοστῇ τετάρτῃ ἡμέρᾳ, ἀπέχει δὲ τῶν Νεμέων ἡμέραις ἕξ. Panemus et Gorpiaeus menses quamquam quibus e fastis sumpti sint aut utrum ex iisdem necne certo sciri nequit**), tamen post Ungeri studia in his quaestionibus collocata***) aestivi fuisse merito creduntur. Idem, cum antea Νέμεια χειμερινά, quae a Paus II 15, 3, VI 16, 4 commemorantur, antiquitus acta et in priorem olympiadis partem incidisse putarentur, iam hiberna Nemea Hadriani demum temporibus instaurata esse plerisque persuasit. Notatu dignum populiscitum

*) Idem[4] p 482 ex Pind I I 1—8 collegit Isthmia aliquanto ante Deliacum certamen nobilissimum i e ante Thargelionem mensem Atticum ineuntem acta esse (cf Car Robert Herm 21, 161, ap Lud Preller I 245/46 n 4 et Jahrb archaeol Instit V 224 n 11). Quid si carmen Deliacum, in quo condendo poeta occupatus erat, omnino nec Deli nec statis sacris, verum ἐν Κέῳ ἀμφιρύτᾳ (8), posteriore dumtaxat quam inter Ceos et Pindarum convenerat temporis puncto agebatur? καὶ ὕστερον col (ὦ Δῆλε) πάλιν τὸν ἐπίνικον (scil τὸν Δηλιακόν) ἀποδώσω schol 9, ut victoria a Ceis vel a Ceorum aliquo ex sacris Deliacis Anthesterione mense (id quod de Apolloniis quidem constat; cf Homolle BCH XIV 1890, 493) commissis reportata esse videatur. Sed ut erraverit schol 9 epinicium dicens, cum paeanem Deliacum dici oporteret (sec schol inscr p 255, 10 Ab): id constat nihil esse cur de carmine in Deliis aut in Apolloniis aut denique in Delo insula agendo cogitemus. Nam quod (probante Bergkio[4] p 482 n 1) schol 6 (p 358, 7—10 Ab) opinatur Isthmiaca civis Thebani victoria praeoccupatum poetam apud Ceos proludere paeanem Deliacum (Χαῖρ', ὦ θεοδμάτα fr 87) satis habuisse, ut ἀσχολία v 2 sit iter Deliacum et εἶξον ὑπολωνιάς i q 'liceat ipsi mihi abesse a choro meo Delum accedente', id mihi quidem parum probabile videtur.

**) Boeckh kl Schrift V 193 ss, CIG II p 392, Schoemann Proll in Plut Ag Cleom 1839 p 38 ss, Bischoff Leipz Studd VII (1884) 373.

***) Phil 34 (1875/76) 50 ss, 37 (1877) 524, Sitzgsb Münch Ak 1879 II 164, Phil 46 (1887/88) 336.

Atticum CIA II 181, quo architheoro cuidam Nemeam proficiscenti qui videtur pecunia erogatur, Atheniensium patronus Cleonaeus, Lapyris nomine, publice collaudatur causa non addita, factum ol 114, 2 (323) mensis Hecatombaeonis die XI, ut eo quidem anno Nemea non multo post diem Hecat XI celebrata esse videantur. Id igitur nullo quod sciam exemplo refragante*) statuere licebit antiquiore aetate Nemea acta esse in primi et alterius, tum rursus in tertii et quarti olympiadis annorum confinio.

Bergk[4] p 18 "Itaque apparet conciliorum panhellenicorum ordinem prudenter sic discriptum fuisse, ut singulis quadrienniis

[e gr 476]	olymp anno 1, aestate vergente, agerentur	Olympia
[475]	2 ineunte [mens att Hecat]	Nemea I
[474]	2 vergente [mens att Munich]	Isthmia I
[474]	3, aestate vergente,	Pythia
[473]	4 ineunte	Nemea II
[472 = 476]	4 vergente	Isthmia II."

Sollemnis certaminum panhellenicorum ordo: Ὀλύμπια Πύθια Ἴσθμια Νέμεα (IGA 350. 419. 420, IGIMA I Rhod 73[b]) et a Pindaro ipso quam religiosissime observatus**) neque ab Aristophane primo carminum Pindaricorum editore relictus est, id quod ex tribus carminibus Nemeorum corpori subiunctis (ᾠδαὶ κεχωρισμέναι schol Nem IX inscr) collegit Car Odofr Müller a 1840 (gr Litter-Gesch I[2] 399, [4] 370 n) multisque Thomanae q v vitae codicibus***) confirmatur. Quem ordinem non casu, sed prò aetatis gradibus (776. 582. 581. 573) factum esse apparet.

Pro corollario his quaestionibus chronologicis locum ad hippodromi Olympici mensuras spectantem subiungamus, quem e codice Constantinopolitano (gynaec vet nr 1) nuper in lucem protraxit Hermann Schöne Jahrb archaeol Instit XII 1897, 150. Metrolo-

---

*) De Droyseni dubitationibus Herm XIV 1 ss vide Georgium Unger acriter disputantem Sitzgsb bayr Akad 1879 II 164 et Aug Mommsen ap Bursianum 1892[c] 3.

**) Nemea ante Isthmia semel collocantur I VI in: ἐν Νεμέᾳ μὲν πρῶτον —, νῦν αὖτεν Ἰσθμοῦ δεσπότᾳ. Similia sunt fortasse Πύ. Νέ. Ἰσθ. (saec a Chr II) Inscr Rhod 78, Νέ. Πύ. (eiusd aet) Rhod 79, Νέ. Ἰσθ. Πύ. (saec p Chr II) Dittenberger Syll 237.

***) Ἰσθμιονίκας, Νεμεονίκας (vel -νίκαι, -νῖκαι) codd *QUΓ*" (Vindob philos[a] gr 315) Θ Θ" (Brix A IV 13), Redig[c], Redig[d], Barocc[62], Νέμ. Ἰσθ. *EG* c interpoll; om Νεμ. *V* ut hypoth Isthm p 349, 5 Ab, qua de omissione Wilamowitz Eur Her[1] I 184.

gicis igitur Heronis tabulis ab Hultschio editis Metrol Script I 184 addita in codice illo leguntur haec: ὁ ὀλυμπιακὸς ⟨ἀγὼν add Schöne⟩ ἔχει ἱπποδρόμιον ἔχον σταδίους ὀκτώ· καὶ τούτου ἡ μὲν (μία cod, em Heiberg litt ad me datis 1897) πλευρὰ ἔχει σταδίους τρεῖς καὶ πλέθρον ἕν, τὸ δὲ πλάτος πρὸς τὴν ἄφεσιν στάδιον ἓν καὶ πλέθρα τέτταρα, ⟨ὁμοῦ, i e ⋔, add Heiberg⟩ πόδες τετρακισχίλιοι ὀκτακόσιοι (π ,ΔΩ′ cod). καὶ πρὸς τῷ ἡρίῳ τῷ λεγομένῳ ταραξίππῳ (Schöne, Ταραξίππου Crusius recte, πρὸς τῶι ρωτικῶι λεγομένωι παρεξ ἱππω cod) ⟨κάμπτοντες add Heiberg⟩ τρέχουσιν οἱ μὲν ἡλικιῶται ⟨κέλητες add Schöne⟩ πάντες κύκλους (scripsi, σταδίους cod) ἕξ, αἱ [τέλειαι expunxit Schöne] συνωρίδες αἱ μὲν [ἡλικιῶται expunxi] πωλικαὶ κύκλους τρεῖς, αἱ δὲ τέλειαι ὀκτώ, ἅρματα ⟨τὰ add Schöne⟩ μὲν πωλικὰ κύκλους ὀκτώ, τὰ δὲ τέλεια κύκλους δώδεκα. 'Hippodromium' igitur vel 'orbem' ipsum equorum cursum dicit, cuius medium quasi circuitum ingeniose ita describit, ut pro orbe illo elliptico non quadrangulum fingat animo ex duobus lateribus longis circi lateri alteri fere aequalibus et duobus transversis circi latitudine dimidio minoribus, sed triangulum ex lateribus illis longis et latitudine 'ad aphesin' satis facile illa emetienda. Itaque ἡ πλευρά bis scilicet illa in rationem inducenda (stadd $3\frac{1}{6} + 3\frac{1}{6}$) et τὸ πλάτος (stadd $1\frac{2}{3}$) in summa efficiunt stadia octo. Quem octo stadiorum orbem quoniam equis singularibus nullo aetatis discrimine facto (ἡλικιῶται) sexies, bigis equorum imperfectorum ter, perfectorum octies, quadrigis imperfectorum octies, perfectorum duodecies conversum esse partim aliunde iam constat (Pind O II 50, III 33, VI 75, P V 33, schol Pind O II 92, III 59, VI 124, P V 39), partim nunc primum certiores facti sumus, sequitur ut, si modo stadium 192, 27 metra esse recte statuit Wilh. Dörpfeld, equos singulares fere 9, 3 kilom, bigas 4, 6 et 12, 3, quadrigas 12, 3 et 18, 5 kilom confecisse colligamus. Quae decursuum spatia ut apud nostros homines inaudita, ita non incredibilia esse Herm Schöne (159) ab artis peritis edoctus est.

IV

INDEX CARMINVM

Pindari carmina cum ab editoribus inscribi solerent Ὀλυμπιονῖκαι, Πυθιονῖκαι . . ., Bergk[4] Ἐπίνικοι Ὀλυμπιονίκαις, Πυθιονίκαις . . . praeoptavit: promiscue ἐπίνικοι (cum Pindaro ipso O

VIII 75) et ἐπινίκιοι (Pind N IV 78) usurpantur a grammaticis; sed est ἐπίνικοι in vita Ambrosiana, tum in scholl Didymi N I 7, inscr N XI, denique Procl chrestom 246, 14 W; ἐπινίκια [Bacchyl II 13] quod idem Proclus praestat 243, 20 W (c Aesch Ag 174, inscr boeot saec III/II 503, 25 Collitz) in scholiis non inveni. Dativi Ὀλυμπιονίκαις, Πυθιονίκαις . . ., quos Callimacho deberi ex Herodn II 663, 18 L collegit Bergk ad Sim fr 5, codicum auctoritate non carent: πινδ. ἐπῖν. ὀλυμπιονίκαις in inscr carmm Oll codd Ambrr (*CFKN*), πινδ. ἐπίν. νεμεονίκαις in subscr Nem *D*. Quamquam antiquitus iam altera eaque facilior et laudandi (ἐκ τῶν Σιμωνίδου τεθρίππων schol Ar equ 405, Σ. ἐν πεντάθλοις Bekk An I 377, 27, Πίνδ. ἐν Ὀλυμπιονίκαις, ἐν Πυθιονίκαις passim apud scholiastas Pindari, apud Herodianum, apud Athenaeum) et inscribendi ratio videtur percrebuisse: Ὀλυμπιονῖκαι inscr carmm Oll *E*, subscr *B*, unde -νίκας vita Thomana. Non sine elegantia igitur Olympionicas dixerunt pro carminibus in Olympionicas factis. Singularis numerus ubi occurrit, velut Πίνδ. Ὀλυμπιονίκῃ ⟨ϛ′ add Bergk⟩ Antiatt Bekk An I 90, 23, utrum victor intellegendus sit (cll Πίνδ. Ἀγησιδάμῳ, Ἀριστοκλεί⟨δῃ⟩ EM 685, 10. 818, 13, τέλος Ἀγησιδάμου, Ἐργοτέλους, Ξενοφῶντος all in Pind codd) an carmen subaudiendum (cll Νεμεονίκης [ᾠδή] schol inscr N XI p 333, 1 Ab, Ὀλυμπιονίκας ὕμνος, κῶμος ap Pind) incertum est. Denique ne quid omittam: tertiam formam habes ὑπόθεσις τῶν Ὀλυμπιονίκων *A*, τέλος Πινδ. Ὀλυμπιονίκων *DG* (ut Πυθιόνικος ὕμνων θησαυρός, Πυθιόνικος τιμά apud Pindarum); quartam: Ὀλύμπια *A*, ἀρχὴ Πυθίων *D*, ὑπόθεσις, τέλος Πυθίων *B*, quam quidem formam semper pluralem numerum prae se ferre non est quod mirere.

Carminum tituli saepius in codicibus omissi sunt spatio vacuo interiecto videlicet ut post confectam carminum scriptionem minio adderentur, quod obliti sunt librarii velut in cod *D* ad P X. XI. XII. Olympiorum primique carminis inscriptiones una cum primis multorum codicum foliis interierunt.

OLYMPIA

O I Ἱέρωνι Συρακουσίῳ κέλητι *CEQV* (Συρακοσίῳ edd post Boeckhium). — νικήσαντι ἵππῳ κέλητι τὴν οϛ′ ὀλ. ἢ ὡς ἔνιοι ἅρματι *AE*, om *C*. ὁ δὲ αὐτὸς νικᾷ (καὶ τὴν) οζ′ ὀλ. κέλητι, τὴν δὲ οη′ ὀλ. τεθρίππῳ *AE*, ἐν ᾗ ὀλ. ἐτελεύτα *AFK*. συνέβη δὲ αὐτὸν νικήσαντα καὶ τὴν οη′ ὀλ.

ἐν ταύτῃ τελευτῆσαι *EHQV*. Unam victoriam Olympiae curru, duas equo ab Hierone partas cum testetur epigr ap Paus VIII 42, 9 (nr 126ª Preger), curulem vero ol 73 a Gelone reportatam esse constet, plerique verba ἢ ὡς ἔνιοι ἅρματι ex confusis Gelonis et Hieronis victoriis nata esse coniecerunt, Bergk scribi iussit ἢ ὡς ἔνιοι ⟨τὴν οζ′, τὴν δὲ οη′⟩ ἅρματι. Sed Hieronem Syracusanum priusquam Aetnam urbem condidisset Olympiae vicisse Didymus testis est ad gravissimum auctorem provocans Apollodorum (schol 33), τότε γὰρ ἦν Συρακούσιος καὶ οὐδὲ ἦν Αἰτναῖος, nimirum ut ne posset quidem Aetnaeus renuntiari (Boeckh expll p 102, Ed Lübbert ind Bonn 1886 p VI). Unde olympiadis numerum OΓ ex OF natum esse suo iure suspicatus est Bergk, ut huic potius quam alteri victoriae carmen adscriberetur. Ac Pherenicum equum Delphis victorem (Ἀλφεὸν παρ' εὐρυδίναν ... Πυθῶνί τ' ἐν ἀγαθέᾳ Bacch V 38. 41) annis a C 482 et 478 (infra ad inscr P III) etiam aetatis anno XIII ne quid dicam gravius (472, ol 77) ἀκέντητον superavisse cursu competitores parum credibile videtur (cf etiam Fennellium ad O I 18 et P III, Kenyonem edit Bacchyl p 37). Nec contemnendum nobis videtur quod observavit Hermann (opp VI 67) verba εἰ δ' ἀριστεύει μὲν ὕδωρ (O III 42) post Ἄριστον μὲν ὕδωρ animo concepta esse, ut si recte illa ante ol 76, 4 cantata esse statuit Bergk (v infra ad inscr O II), haec ol 77 adscribere non liceat. Celeberrimis igitur illis
476 anni 476 Olympiis post barbaros propulsatos et post novum regnum Syracusis instauratum primis si non Hieronem regem (ut historiolam a Theophrasto ap Plut Them 25 traditam), at Pindarum certe interfuisse veri simillimum est (v ad inscr O XIV), ut Pherenicum Olympiae decurrentem oculis videre (O I 18 ss) poeta facile posset. Tum carmen in Sicilia praesente poeta actum esse e vv 10 ss recte colligitur.

O II Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ ἅρματι (inscr) et νενικηκότι (νικήσαντι) τὴν οζ′ (numerum om *A*) ὀλ. (scholl) libri omnes. Quem numerum falsum esse docent scholl Ambrr 168: λέγεται (λέγει? scil ὁ Πίνδ. Drachmann) τὴν (Boeckh, τὸν cod) Ἀκράγαντα πεντηκοστὴ ὀλ. ἐκτίσθαι (Gerhard, ἐκτίθεσθαι cod)· ἐκεῖθεν δὲ ἄχρι τῆς Θήρωνος νίκης ἔτη εἶναι ἑκατόν, ἐν ὀλυμπιάσιν (? Christoph Schneider, ἐν ὀλυμ-

πιάδ cod) κε′· γίνονται δὲ πρὸς ταῖς ν′ ὀλυμπιάσιν οε′.
476 ἐνίκα οὖν ος′ (Gerhard, ις′ *A*)· κέχρηται οὖν (δὲ Boeckh) τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ εἰπὼν ρ′, cll scholl *CDEV* 166: Ἀκράγας πεντηκοστῇ ὀλ. ἐκτίσθη, ὁ δὲ Θήρων ος′ (sed ft corr ex οζ′ teste Drachmanno) *Q* (οΞ altero numero om *CEV*, οζ′ [om ἐνίκησεν] *D* solus) ἐνίκησεν· γίνεται οὖν τὰ μεταξὺ ἀπὸ τῆς κτίσεως ἕως τῆς Θήρωνος νίκης ρδ′
580—476 ἔτη· ὁ δὲ Π. τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσατο. Bergk
= 104 utroque loco ⟨οὐ⟩ τῷ ἀπηρτισμένῳ maluit; cf ἀπηρτισμένον· τέλειον Hesych. Notatu dignum videtur librarios plerosque numerum ς′ ignorantes aut omisisse aut futtili coniectura oblitterasse.

O III Τῷ αὐτῷ, εἰς θεοξένια *BDEV* (εἰς om, ἅρματι add *AC*). Utrum prius cantatum sit, O II an III, incertum: III tempore antecessisse censuit Bergk cum Boeckhio, mihi secus videtur (studd P 6).

O IV. V Ψαύμιδι Καμαριναίῳ ἅρματι *A* (ἵπποις alii). — ἵπποις νικήσαντι, τὴν πβ′ ὀλ. τεθρίππῳ, παιδὶ Ἄκρωνος (Ἄβρ.) *BDEV*. ὁ Ψαῦμις ἐνίκησε τὴν πβ′ ὀλ. τεθρίππῳ *AC*. Τῷ αὐτῷ, ἀπήνῃ καὶ κέλητι καὶ τεθρίππῳ *AC*, ἀπήνῃ (καὶ) κέλητι vulgo; scholl: τεθρίππῳ καὶ ἀπήνῃ καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν πβ′ ὀλ. (eundem numerum schol Ambr V 19, πε′ *CHQV*; cf ad O VI). Carmina ipsa nullam nisi mularem victoriam testantur (IV 11—12, V 3), cuius de tempore sicut in O VI nihil notum. Sed cum Camarina urbs (νέοικος ἕδρα V 8) restituta sit ol 79, 4 (Diod XI 76), curulis vero Psaumidis victoria annuente tandem deo λοιπαῖς εὐχαῖς parta ol 82, relinquuntur 80 et 81, e qui-
456? bus posteriorem si praeoptaveris cum viro docto schol Ambr V 19, Boeckhii dubitationes (expll 141—42) uno quasi ictu praecidi videbis. Est autem IV continuo post victoriam renuntiatum (αὐτίκα 4) Olympiae compositum. De carmine V celeberrimum est scholion: αὕτη ἡ ᾠδὴ ἐν μὲν τοῖς ἐδαφίοις οὐκ ἦν, ἐν δὲ τοῖς Διδύμου ὑπομνήμασιν ἐλέγετο Πινδάρου, ultima verba aliter paullo leguntur in optimo cod Ambr: ἐν δὲ τ. Δ. ὑπομν. ἐλέγετο περὶ αὐτῆς τάδε· γέγραπται Ψαύμιδι τεθρ. κτλ, unde non eam inter vett gramm dissensionem fuisse dixerit quispiam, utrum Pindari carmen esset necne, sed utrum in epiniciis, an v c in prosodiis numerandum esse videretur, ut ἐδαφίοις non omnium, sed epiniciorum carminum quasi in-

cunabula significentur. Id constat et Aristarchum et Didymum carmen commentatos esse ut vere Pindaricum (scholl 1. 20. 54). Carmen tamen ipsum non id est quod ab omni suspicione facile se exsolvat: abiudicavit a Pindaro Ern de Leutsch Philol I 1846, 116, tutabatur Godofr Hermannus 1847 opp VIII 99. 'Metrum plane est eximium quamquam a ceteris Pindari carminibus mirum quantum distans' Boeckh n cr 372.

O VI Ἀγησίᾳ Συρακουσίῳ (Συρακοσίῳ edd post Boeckhium) ἀπήνῃ. — ὡς δὲ ἔνιοι Στυμφηλίῳ *BD*, Σταμφυλίῳ *C*; οἱ μὲν Συρακούσιον, οἱ δὲ Πάμφυλον *A*. ὁ δὲ χρόνος τῆς ᾠδῆς ὁ (Drachmann, οἱ cod) πρὸ τῆς καταλύσεως τοῦ τῆς ἀπήνης ἀγωνίσματος· κατελύθη δὲ περὶ τὴν πε′ ὀλυμπιάδα. ἄπορον δὲ τὴν πόστην ὀλ. ἐνίκησεν *A*. Quod νικήσαντι τὴν πε′ ὀλ. inscriptioni addit *F*, eadem ratione explicandum, qua quod Psaumidis victoriam (O V) ei anno adscribunt *CV*. Eundem abolitae rhedae mularis annum (πε′) codex Ambrosianus praestat ad O V 6 (cum plerisque) et 19 (solus), cum ad inscr O V Polemone auctore usus καταλυθῆναι . . . κατὰ τὴν οδ′ ὀλ. καὶ εἶναι ιγ′ νίκας tradat; unde recte opinor Boeckh κατὰ τὴν πδ′ ὀλ. coniecit cll Paus V 9, 1 (Boeckh ad schol p 118, 1 et 119, 2). Numerum πε′ equidem non librario male legenti, sed chronographis aboliti certaminis annum cum anno non iam celebrati confundentibus deberi suspicor. Corruptum quidem antiquitus numerum testantur variae codicum optimorum lectiones: ὥς τινές φασιν ὀγδοηκοστῇ ἕκτῃ *B* ad inscr O VI, πε *E*, πε′ et πς′ *V*, πε′ et ὀγδοηκοστῇ ὀγδόῃ *C* ibidem; denique διελύθη περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην *B*, πε′ *CDEGQ* schol O V 6 (ubi δυοκαιπεντηκονταετὴς pro δεκαετὴς Bergk⁴ p 76). Sed carmen compositum Hierone regnante (v 93), ut cum ex oll 77 et 78 altera utra eligenda sit — nam de 76 ne eis quidem cogitare licet, qui Pindarum ol 77 demum Syracusas accessisse putant —, equidem verba quibus poeta de Hierone recordatur (vv 92 ss) ol 77 post victoriam Olympiae iterum equo partam, quam 78 post curulem exoptatissimam
472? (O I 109. 110), aptius cantari arbitratus in 77 cum Bergkio consistendum esse censeam.

O VII Διαγόρᾳ Ῥοδίῳ πύκτῃ (υἱῷ Δαμαγήτου ex carm v 17 add *A*). — νικήσαντι τὴν οθ′ ὀλ. (*ABQV*, οζ′ *DOP*, ξθ′

N, nulla temporis nota in *CE*). Tenendum igitur Dia-
464 goram vicisse ol 79.*)

O VIII Ἀλκιμέδοντι (Αἰγινήτῃ) παιδὶ παλαιστῇ. — νικήσαντι τὴν π′ ὀλ. *BCDV*; inscriptioni plerique et fratris et magistri
460 nomen addunt. Carmen igitur adscribendum anno 460. Actum esse non Aeginae, sed Olympiae propter exordium censuit Boeckh, quem secuti sunt cum multi, tum Bergk[1]. Primus oblocutus est Hartung propter τάνδε 25 et δεῦρο 51, recte nisi quod Nemeaeum carmen esse putabat (v quae ad v 16 adnotavimus). Tum mutata sententia Bergk (proll[4] p 5) 'Aeginae, non Olympiae cantatum', absurdam ad carminis v 9 grammaticorum veterum interpretationem amplexus, ἵν' ᾖ πρὸς τὸν Δία λέγων. Illud magnopere exercuit viros doctos, quo pacto chorus per Aeginam incedens Olympiam non solum invocare, verum etiam ut pompam acciperet orare potuerit. At nympham Olympiam neque sollemni religione cultam nec fabularum vetustate nobilitatam, sed poetae ingenio quasi creatam veri similius mihi videtur eminus invocari, ut pro victoria Olympica gratiam sibi referri carminisque prooemium (P VIII 1, P VII 2) se fieri sinat, quam ad Alpheum ipsum in tanta praesentium deorum dearumque frequentia ac nobilitate. Aram quidem Olympiae (sive Pisae) nymphae propriam, quo pompa coronaeque gestatio dirigeretur, neque apud Aeginetas exstitisse probabile est neque apud Eleos (nisi forte Ilithyiae cognomine Olympiae, Paus VI 20, 2). Nuper pompam Olympicam cll praesertim vv 69 ss explosit Drachmann Pindar-fortolkning Kjøbenh 1891, 175.

O IX Ἐφαρμόστῳ Ὀπουντίῳ παλαιστῇ. Schol 17: ἐνίκησε δὲ ὁ Ἐφ. καὶ Ὀλύμπια ὡς προεῖπον (Didymus, cf schol O II 70. 82) καὶ Πύθια· (gravius etiam distinguit [:-] *V*) ογ′ ὀλυμπιάδι (*BDEV*, om *C*), et infra καὶ γὰρ Πύθια ἐνίκησεν ὁ Ἐφ. τῇ τριακοστῇ πυθιάδι (vulgo, λγ′ *A*, om *C*). De olympiadis numero πα′ in F^{mb} inscriptioni addito cf ad inscr O VII. Carmen destinatum epulis Aiaci Locrensium heroi 'tamquam deo' celebrandis (v 112 cl O VII 79) propter duas potissimum Epharmosti victorias, alteram

*) Numeros F^{b} traditos morari desii, ex quo per Drachmannum comperi ad O VII adnotari ὀλ. πη′ (ex οη′), O VIII π′, O IX πα′, O X πβ′, O XII πγ′ ex οϛ, O XIII πθ′ ex οθ′, O XIV ὀγδοηκ. ex ἑβδομηκ.

Olympicam, alteram Pythicam, quarum utra prior sit, e carmine ipso, etsi olympicum decus tamquam recentius laeto quodam cum vigore renuntiari videtur, aperte tamen non elucet; id quidem probabile intervallo non ita magno illas victorias diiunctas fuisse. Quodsi scholia olympicam adscribunt ol 73 (488), pythicam pyth 30 (466) — nam pyth 33 (454) sola cod *A* auctoritate nixus Locrensium post pugnam Oenophytensem condicione in rationem quasi inducta haud facile quisquam amplectetur —, alterum utrum numerum corruptum iudicare necesse est, ut aut ὀλ. οη′ (468) vel οθ′ (464) restituenda, aut in pythiadis numero duae litterae novandae esse videantur. Atque Hermanno quidem (ap Heynium 1817) pythicam Epharmosti victoriam ol 78, 3 (= pyth 30 sec scholiorum rationes) adscribere, olympicam in medio relinquere placuit. Boeckh in utroque scholio τριακοστῇ τρίτῃ πυθιάδι scribere maluit, quem secutus est Bergk, nisi quod ille pythicam (ol 80, 3 : 81, 1), hic falso videlicet codicis F^{mb} numero deceptus olympicam victoriam priorem esse (ol 81, 1 : 81, 3) existimabat. De metrica carminis ratione a primae aetatis carminibus abhorrente disseruit Ern Graf (Pind logaoed Strophen Marburg 1892, 30). Tu igitur finge Aiaci supplicationem decerni post victorias pyth 30
464 (ol 78, 3) et olympiade insequenti (ol 79, 1) partas.

O X. XI Ἀγησιδάμῳ Λοκρῷ Ἐπιζεφυρίῳ (Ἀρχεστράτου add pauci dett, παιδὶ *BC*) πύκτῃ. — ἐνίκησε δὲ οὗτος ὁ Ἀγ. τὴν οδ′ ὀλ. (vulgo, ἕκτην καὶ ἑβδομη⟨κοστή⟩ν *A*). Inscriptioni quod addit F^b de Archestrati nescio cuius victoria Ἀρχεστράτῳ κέλητι νικήσαντι τὴν πβ′ neque ad rem quidquam neque omnino fide dignum (cf ad O VII). Hagesidami igitur victoriam carmenque gratulatorium O XI cum omnibus de quibus constat praeter Ambrosianum testi-
484 bus ol 74 quin adscribamus nihil videtur obstare. Quem annum ut praeoptemus Ambrosiano anno 476 primum suadet c O XIV ipsum quoque statim post victoriam festinatum certissimaque ratione ol 76 (476) adscribendum, deinde alterum carmen O X aliquanto post prius carmen compositum, cum itinere in Siciliam (et in Magnam Graeciam: cf P II 18, fr 200) facto promissi multis annis ante dati poeta commonefactus esset. Absurda carminis O XI inscriptio τόκος (ἀρχὴ τόκου *V*, subscr τέλος τόκου

DFGV) propterea notatu digna, quod in vetustissimis iam libris (*ABCDE*) comparet multisque verbis in scholl Vatt exponitur.

O XII Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ δολιχοδρόμῳ (vulgo, δολιχεῖ *AC*), νικήσαντι τὴν οζ΄ ὀλ, *BE*. Schol Ambr: ὀλυμπιάδα μὲν ἐνίκησεν οζ΄ καὶ τὴν ἑξῆς [οθ΄ add cod, οη΄ corr Mommsen], πυθιάδα δὲ κε΄, καὶ Ἴσθμια ὁμοίως. Vat: ἠγωνίσατο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην (οζ΄) ὀλ. *BCDEV*, καὶ τὴν ἑξῆς, πυθιάδα ⟨δὲ suppl ex Ambr Mommsen⟩ εἰκοστὴν ἐννάτην (κθ΄) secundum eosdem libros (praeter *C* qui κγ΄ exhibet teste Drachmanno). Titulum Ergotelis Philanoris ſ Himeraei (καθάπερ γε τὸ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ᾽ αὐτῷ φησί) exscribens Paus VI 4, 11: δολίχου δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας, τοσαύτας δὲ ἄλλας Πυθοῖ καὶ ἐν Ἰσθμῷ τε καὶ Νεμείων ἀνῃρημένος, unde Boeckh (expll 205) octo fuisse Ergotelis victorias collegit; Pindarus ipse quattuor testatur v 18, duas Delphis, singulas Olympiae et in Isthmo partas. Carmen igitur compositum est post alteram victoriam Pythicam et ante Olympicam alteram, ut quoniam pyth 29 celebratam esse constat ol 77, 3, alterius victoriae Pythicae tempus (κθ΄) a schol
470 Vat fideliter traditum esse putandum sit. Nam quod pyth 23 tradit *C*, ut per triginta fere annos Ergoteles iuventutem superasse cursu videatur, manifestus error est. Bergk[4] (p 6. 129) utramque victoriam Pythicam eodem mercatu (ol 77, 3) partam esse conicit, cui coniecturae non suffragatur Pindarus.

O XIII Ξενοφῶντι Κορινθίῳ σταδιοδρόμῳ καὶ πεντάθλῳ. — νικήσαντι τὴν οθ΄ ὀλ., non dissentientibus scholl v 1: κατὰ
464 τὴν οθ΄ ὀλ. De Thessali patris victoriis (35 ss), e quibus unam (num primam parum constat, puerilem contendit Iongh p 528) Olympiae ol ξθ΄ partam testantur scholl, v Aug Mommsen Delph 157—159.

O XIV Ἀκωπίχῳ Ὀρχομενίῳ (ἐρχομ. unus e Moschopp, recepit Ty Mommsen) σταδιεῖ παιδὶ Κλεοδάμου. — νικήσαντι (νικῶντι, ἐνίκησε στάδιον) τὴν ος΄ ὀλ. (*BCEFGV*, οζ΄
476 inscr *D* e duob Thomm, ος΄ ex οζ΄ Ξ). Carmen igitur 476 brevi ante poetae iter Siculum videtur esse compositum.

PYTHIA

P I Ἱέρωνι Αἰτναίῳ ἢ Συρακουσίῳ ἅρματι Πύθια *CDEG* (πύθια ... ϙγ ex cod Gott enotavit Ty Mommsen, unde

Bergk olympiadem adscriptam fuisse suspicatur. At exhiberi πύθια ·:· meris ornamentis additis uno quasi ore testantur qui mea gratia codicem inspexerunt amici). ἐνίκησε δὲ ὁ Ἱέρων τὴν μὲν κς′ (*CV*, κς′ ἕκτην *E*) πυθιάδα καὶ τὴν ἑξῆς κέλητι, τὴν δὲ κθ′ (*CEV*) ἅρματι
